uis incarceratis: maioꝛ eſt pena dãnatis
eſſe cũ tam turpiſſima fetidiſſima ⁊ hoꝛ/
renda ſocietate tot damnatoꝝ: hec medi
tari diligẽter facit bene pugnare contra
diabolũ ⁊ cauere pctã ne ad hanc ſocie/
tatẽ ꝑueniamus. Cum eni quis conſide
ret ꝙ ſi fuerit victus a demõe per pecca/
tum mortale ad illa tormẽta ducet᷑. Cer/
te debet viriliꝰ pugnare ne vincat᷑. Ex
emplũ egiſippus de cladibꝫ iudeoꝝ nar
rat ꝙ cũ quidã de ſocijs alexandri qui p̃/
erat magno exercitui videret cõtra ſe ex
ercitũ innumerabilẽ p̃paratũ ⁊ ſui ſume
rent cibum ad cõfortationẽ viriũ: ipſe in
quodã ſolacio dixit eis. Prandeamꝰ nũc
q2 hodie cenaturi ſumus apud inferos.
Quo verbo ita animati ſunt ad fugien/
dum cenam illã ꝙ nullus p̃ter vnũ fugit
de prelio: ⁊ ſic viriliter pugnauerũt ꝙ vi
ctoriã habuerũt. Sic chariſſimi taliter
reſiſtamus vicijs ⁊ pugnemus cũ mũdo
carne ⁊ demone: vt victores exiſtamus ⁊
illam ſocietatẽ hoꝛribilẽ euitemus Hec
ſocietas debet᷑ illis q̃ in ſocietatibꝫ huius
mũdi multa pctã cõmiſerunt: ſicut fit in

tabernis ⁊ ludis ⁊ choreis ⁊ multis alijs copulis vel societatibus fatuoꝝ que so/cietates sunt vitande. Quia cū dicit ps. cū puerso puerteris. Vn̄ ad hoc est scūs basilius q̄si in fine sue regule dicēs. Euita viros quos erga mādata dei videris negligētes qui mortui sunt virtutib⁹: qui letant̄ in ꝓprijs volūtatibus: vt gaudijs careant diuinis. Cū hmōi viris nulla sit tibi cōmixtio neq̄ velis cū eis sermoci/nari assidue: nisi in quo eos possis ab errore reuocare. Ceterū si nō vales deuita vt publicū hostē. Sepe enī per vnā ouē morbidā polluit̄ tot⁹ grex: ⁊ modica ps fellis magnū dulcorē vertit in amaritu/dinē: ⁊ fermentū modicū totā massā corrūpit: hec ille. Euita ergo societates peccatoꝝ vt possis euitare societates dāna/torum: nā in talibus societatib⁹ iniquo/rū viroꝝ nō est memoria de deo: ⁊ si est: ē in malo: piurando: blasphemando: ⁊ in/honeste loquēdo: vel de absentibus murmurādo: ⁊ illis detrahēdo: de talib⁹ dicit ꝓpheta. Conuertant̄ ⁊c. qui obliuiscunt̄ deū: q2 scz nō seruāt mādata dei sui.

## Decima pena cor

poralis ipsoꝝ damnatoꝝ erit in tactu maxima afflictio: p q̄ pena intelligēda est: sciendū q2 corpa il/la erūt valde passiua sed tn̄ incorruptibi/lia. Et p hoc magis intelligēdo. Cogita aliquē valde infirmū ⁊ debilē in suis mē/bris vel patientē guttam vel talē infirmi/tatē. Sunt enī aliq̄ infirmitates que ita reddūt passibile corpus: sicut ⁊ ego exp/tus sum: q2 nō sufferre possūt tactū alicu/ius ponderis. Talia igit̄ erūt illa corpa ⁊ ita passibilia q2 in tactu patient̄ grauis/simā penā: ⁊ hoc ex q̄ttuor.

Primo ex tactu suoꝝ membrorum valde ponderantiū.

Scd̄o ex tactu suoꝝ locoꝝ ipsos ꝯtinētiū

Tertio ex tactu corpoꝝ alioꝝ dānatoꝝ.

Quarto ex tactu demonuncum bis condemnatorum.

Prima igit̄ pena erit ex tactu suorū mē/broꝝ ⁊c. Nā corpa dānatoꝝ erūt pōderosa multū: ⁊ sic brachia sup corpus ipsius damnati: ⁊ caput sup humeros: et sic de alijs maximū dolorē faciēt: ⁊ hoc possu/mus imaginari ex eo q2 aliqn̄ quis i par/te aliqua corporis habet plagā: aut malum aliqđ in quo si tangat̄ statim clamore magno eiulat. di. O deus vos leditis me: etiam seipm illuc nō audet tangere. Sic charissimi corpora damnatoꝝ erūt tam infirma vt in tactu suoꝝ mēbroꝝ si/bi penā grauē infligant ⁊ talis pena erit illis: qui suis mēbris tetigerunt turpissime ⁊ in talibus pctis mortui sunt: aut q̄ se parauerūt nimis: superflue: sicut ⁊ faciunt multi ⁊ multe intentione alliciendi ad peccatū. Et iuxta hoc pōt poni exemplū qđ recitat̄ in floribus sanctoꝝ: ⁊ parisius cōtigisse legit̄. Magister enī q̄dā dictus silo quedā suū scolarē egrotantē obnixe rogauit: vt post mortē ad se redi/ret ⁊ statū suū sibi denunciaret. Post igit̄ aliq̄t dies sibi apparuit cū cappa de par/gameno tota descripta sophismatib⁹ ⁊ intus tecta flāma ignis siue foderata: q̄ re/q̄situs a mgr̄o q̄nā eēt. ait. Ego sum vtiq̄ q̄ ad te redire pmisi: q̄ de statu suo req̄si/tus ait. Hec cappa sup me plus pōderat ⁊ plus me pmit q̄ si vnā turrim sup me haberē: ⁊ hec est mihi data vt eā portē p gl'ia quā in sophismatib⁹ habui. Porro flāma ignis q̄ est coopta: pelles sūt delicate ⁊ varie q̄s ferebā: q̄ flāma me cruciat ⁊ exurit. Sz cū mgr̄ illā penā facilē iudicaret dixit ei defunct⁹ vt extēderet manū ⁊ sic facilitatē pene sue sentire possz. Cū q̄ manū suā extēdisset ille guttā vnā sui sudoris dimisit q̄ pdicti mgr̄i manū sa/gitta citi⁹ pforauit: ita q2 cruciatū mira/bilē sentierit: ⁊ ait: talis sū tot⁹. Ille igit̄ mgr̄ ex ipsius pene acerbitate sclm̄ deliberauit desere ⁊ religionē intrare. Vn̄ mane scolarib⁹ ꝯgregatis hos v̄sus cōposuit v̄. Linq̄ coax ranis cras coruis vanaq̄ vanis. Ad logicā pgo q̄ mortis nō timet ergo. Et sic sclm̄ deserēs religionē intrauit. Istud exēplū valet ad ōndendū ex pōdere illi⁹ cappe quō post diē iudicij qn̄ cor/pora erūt vnita aīabus: ex pōdere etiam

## erit in tactu maxima afflictio

talium corpoꝝ dānatoꝝ valde pōderantiū
ac ſuoꝝ mēbroꝝ erit maxima pena in dā
natiſ. ſic ꝙ brachiū dānati ſup corpꝰ ſuū
valde paſſiuū: multū affliget illud cū illo
ardēti igne ſulphureo: ⁊ hoc ꝓ pctīs cō/
miſſis ex ornamētiſ pulchraꝝ veſtiū ⁊ pel
liū diuerſaꝝ: in quibꝫ ſupflue multa ꝯſu
munť: vbi ex talibꝫ magis deberet ſubue
niri xp̄i paupibꝫ. Vn̄ nō dubito ꝙ ſi nob̄
accideret ſicut illi mgr̄o. vicȝ ꝙ vnā gut
tam ſiue paruā penaȝ inferni ſenſiſſemꝰ
ſperneremꝰ multa que nūc ſunt cā ⁊ oc/
caſio nr̄e dānatiōis: niſi pctā mortalia q̄
ī hijs fieri pn̄t fugiamꝰ. Scd̄o erit pena
ex tactu ſuoꝝ locoꝝ ipos dānatos ꝯtinē
tiū. Sicut eni videmꝰ ꝙ infirmi ſi pone
renť ſup lectū durū vel lapidē: paterenť.
imo in lecto molli valde patiunť: nec q̄e/
ſcere pn̄t multi ꝓpter infirmitatē ſui cor/
poris. Sic corpora dānatoꝝ maxie paſ/
ſiua ⁊ ſenſibilia valde affligenť ex tactu
locoꝝ i. corpoꝝ que cōtinebūt illa. ⁊ hec
pena ſpālis debeť illis q̄ in lectis mollibꝫ
⁊ ornatis mlťa pctā horrēda cōmiſerūt.
de quibꝫ dr̄ Amos. vi. Ve q̄ dormitis
in lectis eburneis ⁊ laſciuis inſtratis ve
ſtris. Ve impcatio maledictiōis eterne
eſt ſiue dānatiōis his qui dormiūt in le/
ctis ornatis ⁊ ibidē laſciuiūt pctā luxu/
rie ⁊ alia mala cōmittendo. De pctō iſto
vide ſi vis. Ezech. xxiij. Vel q̄ etiā vt pi
gri multū tpis perdūt q̄ poſſent orare vľ
aliqd̄ bonū facere. de quibꝫ dr̄ Prouerb̄.
xxvi. Sicut oſtiuȝ vertiť in cardine ſuo:
ita piger in lecto ſuo. O q̄ȝ grauis pena
his q̄ aſſueti ſunt dormire i albis linthe/
aminibus ⁊ culcitris delicata pluma. O
q̄ȝtū dolebūt eis latera: imo totū corpus
ex tā duro lecto. Sȝ poterūt ne dānati ſe
vertere. Quidā dicūt ꝙ nō niſi q̄ȝtū de/
mones eos vertēt: ſed q̄modocūq̄ ſit pe
na eoꝝ nō alleuiať ex tali verſiōe. de iſto
lecto dr̄ Eſa. xiiij. Detracta eſt ad infe/
ros ſuperbia tua cōcidet cadauer tuuȝ:
ſubter te ſterneť tinea: ⁊ operimentū tuū
erunt vermes. Aliq̄ tn̄ dicūt ꝙ in rei ve/
ritate ibi non erūt: ⁊ ꝙ nullū animal erit
in inferno: nec viuet poſt diē iudicij: ſed
ibi tm̄ erunt diaboli ⁊ homīes in ꝑpetuo
carcere cum igne ⁊ ceteriſ: de quibꝫ dictū
eſt. ſed ſcriptura loquiť ꝑ nobis nota: vt
ꝑ illa intelligamꝰ ibidē peiora: ita ꝙ ibi/
dem erūt mala peiora: ⁊ abominatiōes
maiores q̄ȝ ſit abomiatio ſerpētū ⁊ ver/
miū huiꝰ mūdi. Conſidera igiť ſi debe/
res eē in lecto: etiā q̄ȝtūcūq̄ molli cū. cc.
ſerpētibꝫ ⁊ totidē buffonibꝫ: q̄ cōtinue te
morderēt ⁊ affligerēt: crede ꝙ maiora pa
tieriſ in lecto īferni. ſi ibidē vadis. Ter/
tia pena ⁊ grauiſſima erit ex tactu ⁊ pō/
dere corporis alioꝝ dānatoꝝ. O deꝰ q̄ȝ/
ta pena erit illis q̄ in infimo loco erunt
Cōſidera ſi ſup te eſſet maximꝰ lapis ſi/
ne mote quā penaȝ ſufferres. Sic vtiq̄
maxima pena erit ipis dānatis ex pōde
re alioꝝ corpoꝝ valde pōderātiū. In in/
fimo aūt loco erūt falſi xp̄iani. Vn̄ legiť
in vita Macharij ꝙ quadā die ipe ſan/
ctus caput defuncti reperit: ⁊ cum oraſ/
ſet interrogauit illud cuiꝰ caput fuit. Et
rn̄dit ſe fuiſſe paganū vel pagani. Et di/
xit ei Macharius: Vbi eſt anima tua?
Et rn̄dit: in iferno. Cūq̄ reqreret ſi mľ
tum in ꝓfundo eſſet: rn̄dit ꝙ tantū erat
in inferno q̄ȝtū diſtaret terra a celo. Cui
Macharius. Sunt ne aliq̄ ꝓfundiores
te? Rn̄dit: etiam iudei. Et ille: Et vltra
iudeos ſunt aliq̄ ꝓfundiores? Cui ille:
Profundiores oībꝫ ſunt falſi xp̄iani: qui
xp̄i ſanguine ſunt redēpti: ⁊ tn̄ p̄ciū par/
ui pēderūt. Hec ibi: Ecce igiť quō xp̄ia/
ni plus puniunť q̄ȝ iudei ⁊ alij xp̄iani: et
nō imerito: qꝛ plura a deo receperūt bn̄fi
cia vt baptiſmū in q̄ ſe ſuaturos legē ſu/
am ⁊ alia ſacramēta. Et qꝛ magis igra/
ti: deo plus puniunť. Et hec pena debeť
illis q̄ in tactu circa alios peccauerūt oſ/
culādo: tangēdo ꝑ incitationē ad malū
De quibꝫ pctīs etiā pauci cōfitenť credē
tes nō eſſe pctm̄ in talibꝫ impudiciſ tacti/
bus cū dn̄s dicat Math. v. Qui viderit
mulierē ad ꝯcupiſcendū eā: iam mecha
tus eſt in corde ſuo. Ita dicūt doctores.
Qui tetigerit ⁊c̄. ꝑ ꝯſenſuȝ ad peccādū.
O xp̄i fideles ſi velitiſ effugere tm̄ pōdꝰ
tot corpoꝝ damnatoꝝ abſtinere a tacti/

## erit in tactu maxima afflictio

bus malis ꝛ cõfitemini p̄teritoꝝ cũ ꝓpo
ſito nõ recidiuãdi. Sed erũt ne aliq̇ vt il
li qui erunt ſupiores q̇ careãt hac pena?
Credi põt ꝙ dñs illũ carcerẽ fecit a prin
cipio tãte magnitudinis vt cape poſſet
oẽs dãnatos tã demones ꝗꝫ hoies: qꝛ ipe
p̄ſciuit quot eſſent dãnãdi. Et credi põt
ꝙ ille infernus poſt diẽ iudicij erit plenꝰ
damnatis: ita ꝙ oẽs erũt ↄſtricti ꝛ ita pa
tienť oĩa corpa a ſe mutuo grauitatẽ: ſꝫ
magis in hac pena ꝛ alijs q̇ magis pec
cauerũt affligenť. Quarta pena ex ta
ctu erit ꝑ demones: qꝛ ſine ceſſatione vt
dictũ eſt prius ſuꝑ talia corpa ꝑcutient.
Cõſidera igiť ſi infirmus grauiter ꝑcu
tereť in loco infirmitatis: ſi patereť. Cõ
ſidera igiť ſi potes ꝗ̄tus dolor erit corpi
bus illis tam paſſiuis q̄ tam grauiter ꝑ
cutienť. Hec pena debeť eis ſpecialiter
qui in hoc mũdo alios ꝑcuſſerũt vel occi
derũt vel aliã violentiã in corꝑibus alio
rũ fecerũt. Habemus eĩ exemplũ in vi
ta beati anthonij quõ multitudo demo
nũ eũ adeo lacerauit ꝙ miniſter eius eũ
q̄ſi mortuũ ꝓpriis humeris aſportauit.
Cunctꝫ oẽs q̇ eũ comitati fuerãt q̄ſi mor
tuũ ploraſſent: dormiẽtibus cũctis ſubi
to Anthoniꝰ reuiuiſcit et a miniſtro ad
p̄dictũ locũ ſe iterũ portari fecit: q̇ cũ ibi
ex dolore vulnerũ ꝓſtratus iaceret: ex vir
tute animi demones ad conflictũ excita
bat. Tũc illi in formas varias ferarũ ap
paruerũt vt iterũ eũ dentibꝫ cornibꝫ ꝛ vn
guibus crudeliſſime lacerarẽt. Hec in vi
ta beati anthonij. Verberauerũt etiã be
atũ Frãciſcũ ꝛ multos alios deo ꝑmittẽ
te. Ita cõiter diciť ꝙ in inferno verbera
bũt dãnatos: in verberatiõe maximũ do
lorẽ faciẽt ipis. Iſte ſunt igiť pene corpo
rales dãnatoꝝ. xl. ꝛ forte plures alie erũt
qꝛ nullus dicere poſſet penas illius loci
vt dicũt ſancti. Si q̇s igiť attente hec co
gitet: pctã dimittet ꝛ cognoſcet ac inqui
ret diligẽter q̄ ſit via ſalutis. Eccleſi. ij.
Qui timẽt dñm inq̇rent q̄ bñplacita ſũt
illi: ꝛ qui diligũt eum replebunť lege ipi
us: qui timẽt dñm cuſtodiẽt mãdata illi
us ꝛ patientiã habebunt ad inſpectionẽ
illius dicẽtes: Si penitentiã nõ egerimꝰ
incidemus in manus dei et nõ in manꝰ
hominũ. Nam cõuertenť in infernũ om
nes gentes qui ꝛc. ꝛ tantum de penis in
ferni corporalibus.

## Sequiť nunc tertio vi

dere de penis inferni q̊ ad aiam q̄ gene
raliter in dãnatis poſſunt aſſignari. x. ſcꝫ
Carentia glorie.
Vermis conſcientie.
Rancor iracundie.
Tumor ſuperbie.
Liuor inuidie.
Timor pene.
Certitudo damnationis.
Defectus conſolationis.
Mortiſcꝫ deſiderium.
Verecundũ ſtipendiũ.

He ſunt pene decẽ quarũ q̄libet in q̄
tuor diuideť vt ṗus dictũ eſt de corpora
libus. Et ſic iterũ erũt. xl. O homo cogi
ta ꝙ ſi corpus patiať ꝙ aia peramplius
puniet qm̄ ipa ṗncipalius peccauit ꝛ de
um offendit. Nam ipſa data eſt corpi vt
ipm regeret ꝛ nõ ecõtra. ideo plꝰ eſt puni
enda. Vñ mgř. c. i. di. xlix. iiij. ait Poſt re
ſurrectionẽ ꝓo facto vniuerſo impletoqꝫ
iudicio ſuos fines hẽbũt ciuitates due:
vna xp̄i alia dyaboli: vna bonorũ altera
maloꝝ: vtracꝫ tñ angeloꝝ et hoim. Hec
ille. Et ca. i. di. xlv. dicit. Preterea ſciẽdũ
eſt vt ait Augu. ꝙ oẽs aie cũ de ſeculo ex
ierũt diuerſas habẽt receptiones. i. loca
vbi boni habẽt gaudiũ mali tormẽta: ſꝫ
cũ facta fuerit reſurrectio ꝛ gaudiũ bono
rũ amplius erit ꝛ maloꝝ tormẽta graui
ora: qñ cuꝫ corꝑe torq̄bunť. Hec ille. Et
rationẽ aſſignat Ric. di. xliiij. q. iij. ſecun
di ṗncipalis. Pena inq̇t ſpũalis ṗncipa
lius aiam reſpicit ꝛ pena ignis ṗncipali
us reſpicit corpus: pena tñ ſpũalis redũ
dabit in corpus et pena corpis in aiam.
Hec ille. Sicut nũc exꝑimur ꝙ dũ pati
tur corpus cõpatiť aia: ꝛ ecõtra: dũ patiť
aia ſimul patiť ꝛ corpus. O ꝗ̄tus dolor
ꝗ̄ta pena ꝗ̄ta triſticia cũ corpus erit af
flictũ p̄dictis penis: ꝛ aia dicẽdis ↄ̃ter

etiã affligeť: ꝗ vehemens ꝗ incogitabi-
lis punitio nõ ſolũ ex penis ſm ſe i vtro
ꝗ ſed etiã ex redundãtia penarũ corpis
ad aiam et aie ad corpus. Cogita rogo
ꝗtũ affligeris ⁊ ꝗzto dolore aia afficieť
cũ etiã in ꝑuo mẽbro tui corpis pateris
ita vt nec poſſis dormire aut ꝗlẽcũꝗ re-
cipe ꝯſolationẽ. Sciũt inſuꝑ q infirma-
ti ſunt in corpe quõ ſanitatẽ cõcupierũt
⁊ magna opati ſunt in medicinis ⁊ alijs
reb vt ſanitatẽ ipãm recuparent: ⁊ quõ
afflicti ſunt. O deus iſte infirmitates ni
hil ſunt ad alias ppetuas iſernales. Co
gita etiã ꝙ dũ aia eſt triſtis quõ corpus
tabeſcit ⁊ deficit. Prouer. xvij. Animus
gaudens etatẽ floridã facit: ſpũs triſtis
execat oſſa. Exemplũ huius habem⁹ in
li. timoris vbi diciť ꝙ in vitas patrũ nar
rať ꝙ duo frẽs dimiſſa pnia regreſſi ſũt
ad mundũ: poſtea ꝟo tacti pnia reuerſi
ſunt ⁊ recepti: ⁊ vterꝗ incluſus in cella
ſeꝑata miniſtratũ eſt eis idẽ genus refe
ctionis ſm pniam taxatã. In fine ꝟo an
ni iuſſi ſunt egredi ⁊ ecce vnus apparuit
valde pinguis ⁊ rubicũdus. Alter vero
miro mõ macilẽtus ⁊ deformis Et inuẽ
to ꝑ inq̃ſitionẽ ꝙ idẽ fuerat vtriꝗ mini-
ſtratũ ⁊ nõ aliud: mirati ſunt frẽs ⁊ ipis
dimiſſis q̃ſitũ eſt a pingui qd cogitaſſet
⁊ dixit ꝙ de bonitate dei q̃ eũ reduxerat
ſuꝑ hoc grãs agẽs ꝯtinue. Secũdus re
quiſitus de eodẽ dixit ꝙ de pctis ꝓpter
q deũ tam grauiter offenderat et penas
eternas meruerat ex hoc dolẽs aſſidue.
Et iudicauerũt patres eos eiuſdẽ meri
ti. Ex his igiť patet quõ ex gaudio vel
dolore aie corp⁹ diſponiť. Si igiť ſic cor-
pus aie cõgaudet vel cõpatiť ex ſola co-
gitatione: qd erit vbi ipa res cogitata p̃
ſens aderit. Erit igiť maximus dolor in
corpore ex penis aie ⁊ ecõtra. Et ſic oẽs
pene corpis affligẽt aiam ꝑ redũdãtiã
⁊ ecõtra oẽs pene aie affliget corp⁹. Pẽ-
ſa igiť hec oia diligẽter vt euadere poſ-
ſis tantã miſeriã pniam agẽdo de pctis
tuis ⁊ dei mãdatis obediendo. Videa-
mus igiť penas ſpũales ipius aie ſm ꝙ
poſſumus cape ⁊ intelligere ex dictis ſa
cre ſcripture ⁊ ſanctoꝝ.

p Rima igitur erit
carentia glorie. De hac pena
ait Criſo. ſuꝑ Matth. omeľ.
xxiij. Due pene erũt in inferno ſcz cõbu-
ri ⁊ a regno excidi. Hec pena difficilior
Multi gehennã abhorrẽt: ſed occaſum
illius glie amariorẽ gehẽna penã eẽ aio
Pone mille gehennas nihil tale quale a
gloria excidere: a deo haberi odio audi-
re nõ noui vos ⁊c. Sed quõ eſt hoc verꝝ
q2 ⁊ pueri nõ baptizati carebũt viſione
dei ⁊ gloria ſed inde nõ triſtabunť: quõ
ergo diciť carẽtia glie tanta pena cũ non
ſit niſi pena dãni ⁊ nõ pena ſenſus. Rñ-
detur ꝙ q̃ri ſcient ⁊ cognoſcẽt ſe ꝓuari a
gloria ꝓpter peccatũ originale tm̃ qd fuit
actuale ⁊ mortale in ꝑmis parẽtibus et
nõ cõmiſſum ꝑ volũtates ipoꝝ pueroꝝ ⁊
ideo nõ triſtabunť de hmõi carẽtia glie.
Dãnati ꝟo alij cognoſcẽt ſe carere glia
ex pctõ mortali ꝑ eos cõmiſſo: ⁊ idõ ſum
me triſtabunť ex tali ꝓuatiõe: ſicut ſi qs
in hoc mũdo triſtareť de ꝓuatione here-
ditatis ⁊ patrimonij ſi hec priuatio eſſet
ex culpa ſua ⁊ nõ ſic triſtareť ſi eẽt ex cul
pa patris ſui.

Iſta pena erit ex quattuor.
Primo quia priuati ſunt dei viſione.
Secũdo angeloꝝ cõſolatione.
Tertio ſanctoꝝ cõgratulatione.
Quarto celi empirei manſione.

Hec quattuor notat btũs Greg. in q̃dã
omeľ. di. Quis intellectus cape ſufficit
illa ſuꝑne ciuitatis q̃zta ſint gaudia an-
geloꝝ choris intereſſe: ecce ſcdm: cũ bea
tiſſimis ſpiritibus glie cõditoris aſſiſte
re: ecce tertiũ: pñtem dei vultũ cernere: ec
ce ꝑmũ: incircũſcriptũ lumẽ videre: ecce
quartũ. Dolebũt igiť dãnati ſe fore ꝓua-
tos dei viſione: qua pena ſm Augu. nul
la maior eſt in dãnatis. Hmõi aũt viſio
eſt illa beata refectio ex qua viuunt ſan-
cti: iuxta illud Johã. xvij. Hec eſt vita
eterna vt cognoſcãt te ſolũ verum deum
⁊ quẽ miſiſti ieſum xp̃m. Hac ergo viſio
ne beata priuabunť damnati ꝑ quocũꝗ

peccato mortali contra legē diuinā com
miſſio. Rationem huius ꝑuationis aſſi/
gnat ſanctus Tho. in iiij. cōtra gēti. ca.
cxliij. Quia in eo qui peccat mortaliter
eius auertiť intētio volūtatis ab vltimo
fine: igiť ei qui peccat mortaliter hec pe/
na debeť vt omnino excludaťa conſecu/
tione finis. Hec ille Matth. vij. Diſce/
dite a me oēs qui operamini iniquitatē
Item idē doctor ibidē ait. In his q̄ ſunt
ordinata ad finem talis habitudo inue/
nitur ꝙ ſi finis eſt vel erit neceſſe eſt ea q̄
ſunt ordinata ad finem fore: ſi aūt ea que
ſunt ad finem nō ſunt: nec finis erit. Si
enim finis eſſe poteſt etiā nō exiſtentibꝫ
illis que ſunt ad finem fruſtra per hmōi
media queriť finis. Homo aūt per ope/
ra virtutū cōſequiť finē vltimū qui eſt fe
licitas. Si ergo aliq̄s cōtra virtutē agat
ab intentione vltimi finis auerſus cōue/
niens eſt ꝙ vltimo fine priueť. Hec ille.
Sed q̄reret quis. Que eſt hec via ꝑ quā
veniť ad beatitudinē ⁊ qua dimiſſa non
ꝑueniť. Certe illa eſt de qua ꝓpheta ait.
Beati immaculati in via qui ambuľ. in
lege dñi. Ubi dicit Augu. ꝑmo ſermone
ſuꝑ Beāti immaculati. Ab exordio ſuo
magnus pſalmus iſte chariſſimi exhor/
tatur nos ad beatitudinē quā nemo eſt
qui nō expectet. Quis em̄ vnq̄ꝫ poteſt vel
potuit vel poterit inueniri qui eſſe noluit
beatus. Quid igiť exhortatiōe opus eſt
ad eam rem quā ſua ſponte appetit ani/
mus. Naꝫ ꝑfecto qui exhortať id agit vt
exciteť volūtas eius cū quo agit ad id ꝑ
pter qđ exhortationis adhibet eloquiū.
Ut quid ergo nobiſcū agiť vt velimus
qđ nolle nō poſſumus qꝛ oēs quidē bea
titudinē cōcupiſcunt. Reſpōdet Augu.
Sed quō ad eam ꝑueniāt plurimi neſci
unt. Ideo hoc docet iſte qui dicit Beati
immaculati in via qui am. in le. dñi. Tā
q̄ꝫ diceret. Scio quid velis: beatitudinē
q̄ris. Si ergo eſſe vis beatus: eſto imacu
latus. Illud eni oēs. Hoc autē pauci vo
lunt ſine quo nō ꝑuenitur ad id qđ om̄s
volūt. Sed vbi erit quiſq̄ꝫ imaculatꝰ ni/
ſi in via in qua via niſi in lege dñi. Ac ꝑ
hoc beati imaculati in via q̄ am. in. l. do.
Et ſequiť. Nos igiť errātes in falſā bea
titudinē vera miſeria req̄rentes reuocat
ad viā ſi audiať vox iſta diuina. Bti im.
in vi. q̄ am. in. le. do. Tāq̄ꝫ diceret. Quo
itis ſupple alia via incedēdo peritꝫ inq̄t
⁊ neſcitꝫ. Nō illac itur q̄ ꝑgitis quo ꝑue
nire deſideratis nā vtiq̄ꝫ bti eſſe deſidera
tis: ſed miſera ſunt ⁊ ad maiorē miſeriā
ducūt itinera iſta q̄ curritis. Tā magnū
bonū q̄rere per mala nolite. Si ad illud
ꝑuenire vultis huc venite hac agite vie ꝑ
uerſe relinquite malignitatē. Nō aūt be/
ati inq̄nati in errore qui ambulāt in per/
uerſitate ſeculi. Sed beati imaculati in
via qui ambu. in le. dñi. Hec Augu. Ui
des ergo quō pctm̄ mortale eſt occaſio ſi
ue cauſa priuatōis viſiōis diuine Qui ḡ
ſic moriunť iuſte priuanť gloria eterna:
quia auerterūt ſe a fine ⁊ viam ꝑueniēdi
ad illā dimiſerūt ⁊ ceperūt viam ꝑueniē
di ad infernū. Nō ergo mirū ſi damnati
priuanť viſione dei. Et qñ dicit Aug. ꝙ
oēs nolūt beatitudinē certe verū eſt: ſed
hoc intelligiť de voluntate naturali ſine
inclinatione vel in generali ſed nō in par
ticulari ſiue volūt voluntate remiſſa ſed
nō voluntate plena ſiue efficaci: qꝛ nō fa
ciunt illud ꝓpter quod poſſent illam cōſe
qui. Sicut ſi quis vellet ire hieruſalē et
tenderet verſus occidentē nō acciperet
viam per quā poſſet ꝑuenire hieruſaleꝫ.
Sic in ꝓpoſito: q̄ꝫtus igitur dolor erit in
damnatis perdidiſſe tantū bonū ex cul/
pa ſua penſet qui poterit. Secunda pe
na eſt quia priuabunť angeloꝝ cōſolatio
ne. Beati em̄ nō tantū videbūt deum in
paradiſo: ſed etiaꝫ beatiſſimos angelos
qui in tanto numero illic ſunt qui tantū
nunc gaudēt de noſtra ſalute. Sicut di/
ciť Luce. xv. Gaudiū eſt angelis dei ſuꝑ
vno peccatore penitētiam agente. Ideo
verſa vice gaudebūt hoīes beati vidēdo
illos qui tantū dilexerūt eos dum eſſent
in hoc mūdo: ſicut gaudet amicus de vi
ſione amici ſui. Ideo dicit Grego. notā/
ter i auctoritate ꝑus poſita q̄ꝫta ſint gau
dia angeloꝝ choris intereſſe. Triſtabūť

# Erit carentiā glorie

aūt dāmnati de amiſſione huius gratiſ/
ſimi cōſorcij a quo ꝓpter ſuā culpā ꝑuati
ſunt. Tertio triſtabunť de ꝑuatione ſo/
cietatis oīm ſanctoꝝ hoīm: de q̄ ꝑuatio/
ne ſiue ſeparatiōe dicit᷑ Math. xiij. Exi/
būt angeli ⁊ ſeparabūt malos de medio
iuſtoꝝ: ⁊ mittent eos in caminum ignis
Erit aūt ſeparatio ad magnā penā. Vn̄
glo. ſuꝑ Apoca. i. dicit. Nō tm̄ dolebunt
mali de ſupplicio: ſed qꝛ ſeparabunť a ta
li cōſortio. O deus q̄ꝫtus dolor in tali ſe
paratione ⁊ q̄ꝫtus clamor qꝛ ſeparabunť
in aliq̄bus pater ⁊ mater a filijs ⁊ filiabꝫ
quos genuerūt ⁊ ita care nutrierūt: ⁊ pa
rentes ab amicis ⁊ cognatis cū q̄bus vi
xerūt. Sed qui ſaluabunť nō triſtabunť
de tali ſeꝑatione: qꝛ in eis nō poterit eſſe
dolor aut triſticia: ſed dānati valde tri/
ſtabunť. Et ratio huiꝰ ſeparatiōis eſt vt
ſicut fuerunt in vita deformes ⁊ diſſimi/
les qꝛ ſaluati bn̄ vixerunt: aut ſi peccaue
rūt pniam egerūt. Damnati ꝟo male vi
xerūt ⁊ in pctis mortui ſunt ſic iuſtuꝫ eſt
vt etiā ſint diſſimiles in p̄mio ⁊ ab inui/
cem ſeparati. Itē etiā qꝛ angelis nolue/
runt acq̄ſcere ſiue ꝯſentire: ideo ſepara
bunť ab eis ita ꝙ nunq̄ꝫ poſt dānati vide
būt bonos ⁊ ſctōs: ꝑuati hmōi ſanctiſſi/
mo cōſortio ꝓpter ſuū pctm̄ in quo cōſor
tio eſt maximū gaudiū licet accidentale
ſicut no. Greg. in auctoritate p̄allegata
cū dicit᷑: q̄ꝫta ſint gaudia cū beatiſſimis
ſpiritibꝫ glie cōditoris aſſiſtere. Quar
ta pena erit ꝑuari celi empyrei māſione
Vbi ſciēdū ꝙ ſicut recitat Rich. de me.
vil. lib. ij. di. ij. q. i. tercij p̄ncipalis. vltra
aq̄s q̄ ſunt ſupra firmamentū eſt vnum
corꝑale celū qd̄ vocať celū empyreū: qd̄
nō ab ardore ſed a ſplēdore dictū eſt: qd̄
ſm̄ cōiorē opinionē intelligiť ꝑ illud ce/
lum qd̄ ſacra ſcriptura dicit deū creaſſe
cū terra qꝛ firmamētū ſecūda die factū
eſt ⁊ ip̄m celū empyreū eſt locus beatoꝝ
⁊ ip̄m celū dn̄s noluit reuolui ad ſignifi
candū pacē ⁊ quietē mentis illoꝝ qui in
illo celo reſidēt ⁊ reſidebūt: ⁊ hoc celuꝫ
dicit Strabo eſſe intellectuale: qꝛ illud
celuꝫ nō ꝑcipimus ſenſu: ſed ꝑ fidē q̄ in/

tellectus noſter aſſentit ſacre ſcripture.
Et. q. ſeq̄nti dicit ꝙ illud celū nō eſt ſtel
latū: ſed vniformiter luminoſum ꝑ totū:
q̄ꝫuis ſua lūinoſitas lateat ſenſus nr̄os
qd̄ ideo eſt vel qꝛ ex improporcionabilis
oculis nō glorificatis ſicut lumē corꝑis
glorificati: vel qꝛ aque q̄ ſunt ſuꝑ firma
mentū nō ſunt illius lūinis traductiue:
vel qꝛ ꝓpter eius a nobis longā diſtātiā
multiplicatio ſui luminis nō ꝓtendiť vſ
q̄ꝫ ad viſum nr̄um niſi forte ita debiliter
vt a viſu nr̄o nō valeat app̄hendi. Alijs
videť dicendū ꝙ ꝓpter illius celi ſubtili
tatē nō eſt ibi lux ita ꝯgregata vt viſum
nr̄m in p̄n̄ti ſtatu mouere poſſit ſic ignis
in ſpera ſua que eſt nobis valde ꝓpinqua
reſpectu celi empyrei. nō lucet ita vt poſ/
ſit mouere viſum noſtrū eo ꝙ nō eſt ibi
lucꝭ ꝯgregatio ⁊ ꝓpter corꝑis ignis ſub/
tilitatē. Corpora autē btōꝝ erūt illi celo
ꝓ ornamēto maximo. ⁊ ideo deus illud
celū ſtellatū eē noluit. Hec Rich. Hoc
eſt igiť tanq̄ꝫ palaciū pulcherrimū: am/
pliſſimū: ⁊ clariſſimū: in quo angeli ⁊ ſcti
vident deū: ⁊ hoc palacio carebūt dāna/
ti ⁊ ponenť in viliſſimo ſterquilinio infer
ni ꝓpter ſua demerita. Et hec pena de/
beť illis qui hic abuſi ſunt caſtris ⁊ pala/
cijs multa pctā mortalia in eis cōmittē/
do. vel domibꝫ alijs de quibꝫ ⁊ in quibus
cor ſuum nimis appoſuerūt. deus nouit
quō hoīes huiꝰ mūdi curāt de edificijs
temporalibꝫ ea cōſtruendo cū maximis
pctis ac ſi eſſent imortales nō cogitātes
de palacio paradiſi. Hoc eſt palaciū qd̄
ſctūs Tho. apl'ſ Gondofero regi Indie
voluit fabricare: ſiue elemoſynis acq̄re/
re. Cum eni veniſſet in Indiā ſicut legiť
in vita ſua deſignato ab apl'o mirabili pa
lacio et copioſo theſauro accepto rex in
aliā ꝓuinciā ꝓficiſciť: ⁊ apl'us vniuerſum
theſaurū pauꝑibꝫ elargiť. Per totū autē
biēniū quo abfuit rex apl's p̄dicatorē in/
ſtitit ⁊ inumerabilē ꝑpl'm ad fidē cōuer/
tit. Rediens aūt rex ⁊ que fecerat Tho/
mas diſcēs ip̄m in imo detruſit carceris:
donec eum igni daret. Interea Gad fra/
ter regis moriť: qui quarta die reſurgēs:

dixit fratri ſuo. Hic homo quē excoꝛiare ⁊ incēdere diſponebas amicus dei eſt: ⁊ omnes angeli ei famulanť: q̄ me in paradiſum ducētes: quoddā mihi oñderunt palaciū ex auro ⁊ argēto ⁊ lapidibꝫ p̄cioſis mirabiliter fabꝛicatū. Et cū eius pulchꝛitudinem admirarer dixerunt mihi. Hoc eſt palaciū q̄d fratri tuo thomas cōſtruxerat. Cūq; dicerē ꝙ ianitoꝛ eius eſſem dixerūt mihi. Frater tuꝰ fecit ſe illo indignū ſi vis in illo manere rogabimus deū: vt te reſuſcitare digneť: vt illō a fratre tuo poſſet emere reddēs ei pecuniam quā ſe eſtimat ꝑdidiſſe. Et hec dicens cucurrit ad carcerē apl'i fratri ſuo poſtulans indulgeri abiectiſq; vinculis rogare cepit vt veſtē p̄cioſam acciperet. Cui apl'us. Ignoꝛas ꝙ nihil carnale: nihil terrenū geſtiūt q̄ cupiūt habere in celeſtibꝫ ꝑtātē vt ſupple principaliter glorienť in illis. Egrediēti aūt apl'o de carcere rex occurrit aduolutꝰ pedibꝫ eiꝰ veniāq; poſtulabat. Tunc apl's ait. Multū vobis p̄ſtitit deꝰ vt ſecreta ſua vobis oñderet. Credite in xp̄m ⁊ baptizemini vt eterni regni participes ſitis. Dixit ei frater regꝫ. Vidi palaciū: q̄d fratri meo feciſti: ⁊ illud cōparare volui. Cui apl'us Hoc in ꝑtāte fratris tui eſt. Cui rex: Illud erit meum: ⁊ apl'us fabꝛicet tibi alterū q̄d ſi foꝛte nequerit mihi ⁊ tibi h̄ vnū cōmune erit. Rñdens apl's dixit: Innumerabilia ſunt ī celo palacia ab initio ſeculi p̄parata: q̄ fidei: p̄cio: ⁊ elemoſynis cōparate. Diuitie aūt vr̄e ad illa vos antecedere pn̄t ſequi vero oīno nō poſſunt. Hec ibi: Hec ſunt palacia: de quibus in euāgelio: In domo p̄ris multe māſiōes ſunt. Hic aūt accipiť palaciū ſiue domꝰ ꝓ p̄mio eterno. Sic igiť dānati carebūt dei viſione ⁊c. q꞉ obliti ſunt deū: ⁊ cōuerſi ſunt ad hec inferioꝛa. Ergo recte diciť Conuertanť. in infer. o. g.

## Ecūda pena ſpiritualis

ipſius aīe erit vermis cōſcientie: de q̄ Eſa. vl. Vermis coꝝ nō moꝛieť. de quo verme Bonauen. in ſi. iiij mouet tres queſtiōes. Prima: Vtrū dānati habeāt vermē coꝛpoꝛalē. Rñdet di. Qꝛ Augꝰ. xx. de ci. ponit circa hoc duas opiniōes. Quidā eni volūt intelligere vermē illū eē materialē ꝓpter verba ſacre ſcripture. Alij vero rationē ſequētes volūt dicere ꝙ vermis ille ſit ſpūalis: ⁊ hoꝝ opinionem dicit ſibi magis placere. Ex q̄ōne ſequēti qua querit vtrū vermis ſit in dānatis: rn̄dendo dicit ꝙ ip̄a tranſlatio vermis ad doloꝛē ſpūalē manifeſtat in quibꝫ ⁊ quō ſit vermis ſi attendať rō trāſferēdi. In verme eni materiali cōſiderať oꝛigo: ⁊ moꝛdificatio. Vermis eni oꝛiť ex putrefactōe: ⁊ moꝛdet illud in quo oꝛiť. Sic in ſpūali doloꝛe non q̄libet doloꝛ eſt vermis: ſed q̄ naſciť ex putrefactōe pcti: ⁊ tūc pctm̄ diciť putridū qn̄ aīa in eo requieſcit: rurſus opoꝛtet ꝙ in doloꝛe ſit moꝛſio. hec aūt eſt ex ꝯcurſu duoꝝ mouentiū ſibi inuicē obuiantiū ⁊ reſiſtentiū. ⁊ iſta duo mouētia ſunt in hoīe. volūtas naturalis: ⁊ deliberatiua quarū vtraq; mouet. Iſta cōcurrūt ꝑ cōſcientiā dictantē aliq̄d factū eſſe indebitū: ⁊ tūc obuiāt qn̄ naturalis deteſtať indebitū ⁊ deliberatiue placet: tunc autē reſiſtūt qn̄ vtraq; in ſuo actu viget ſic: ꝙ illa efficaciter deteſtať. ⁊ iſta imutabiliter adheret. Scd̄m hoc igiť ptꝫ in q̄bus eſt vermis ⁊ qn̄. nam deficiēte ꝯcurſu qui eſt ꝑ pcti cōſcientiā nō eſt vermis ſicut in hereticis. ⁊ in his qui credūt ꝑ eccando bn̄ feciſſe. Deficiēte etiā obuiatōe nō eſt vermis. vtpote in his qui dolēt de culpa ſm volūtatē ⁊ nō tm̄ naturalē: ſed etiā deliberatiuā: vt ſunt penitētes. Deficiēte etiā reſiſtētia nō eſt vermis. vtpota quāta volūtas tanta delectatōe ferť in pctm̄ ꝙ abſoꝛbet motū volūtatꝫ naturalis: vt nō ſentiat: ⁊ ſic ptꝫ quare vermis deficiat: aut ꝓpter defectū putrefactiōis in iuſtis. aut ꝯcurſus in cecis. aut obuiationis. in penitētibꝫ vero aut reſiſtentie. vt in his qui peccāt libidine. Et ex his ptꝫ ꝙ in dānatis vigebit vermis: q꞉ ibi erit pcti putrefactio: ex hoc ꝙ pctm̄ finaliter remāſit in aīa coꝝ. Ibi erit cōcur-

ſus ꝓpter pctōꝝ apertiſſimā viſionē. Ibi
erit obuiatio ꝓpter volūtatē deliberatiue
obſtinationē ꝛ ſinderiſis remurmurati/
onē. Ibi erit reſiſtētia: qꝛ delectatio pctī
erit ablata ꝑ penaꝝ acerbitatē. ꝛ ex hoc
ipius ſindereſis actio erit fortificata: et
ex h̄ vermis mirabiliter rodēs ꝛ puniēs.
Item idem doc. di. xxxix. ij. q. iiij. in pnci
pio ait. Queadmodū ab ipa creatōe in/
tellect⁹ hꝫ lumen qđ eſt ſibi naturale in/
dicatoriū dirigēs ipm intellectū in cog/
ſcēdis. ſic affect⁹ hꝫ naturale q̊ddā pon/
dus dirigēs ipm i appetēdis. Appetēda
aūt ſunt in duplici genere. quedā eni ſūt
in gn̄e honeſti: quedā in gn̄e cōmodi: ſic
ꝛ cognoſcibilia ſunt in duplici gn̄e. q̄dā
in gn̄e ſpectabiliū: ꝛ quedā ex parte mo/
raliū. Et queadmodū cōſcia nō noiat il
lud indicatoriū: niſi inq̄ꝫtū dirigit ad o/
pera moralia: ſic ſindereſis nō noiat illđ
pōd⁹ volūtatꝪ: ſicut volūtatē cū ipſo pō/
dere: niſi inq̄ꝫtū hꝫ illā inclinare ad bo/
nū honeſtū. Et ſicut nomē ꝯſcie pōt acci
pi ꝓ potētia cū tali habitu: vel ꝓ hitu ta/
lis potētie: ſic etiā ſinderiſis. viſitato tn̄
mō loquēdi ſinderiſis magꝪ noiat potē/
tiā habitualē q̄ꝫ noiet hitū Et qꝛ iſta po
tentia nunq̄ꝫ ſepaꝛ ab illo hitu. Hinc eſt
ꝙ hitus ꝛ potētia vno noie cōprehēdunꝛ
ꝛ potētia illa: vt ſic hituata nomē ſui hi/
tus ſortiꝛ. ꝛ ita dicͨ id qđ ſtimulat ad bo/
nū. ꝛ ita ſinderiſis noiat potētiā affecti/
uā ſm qđ moueꝛ naturalr̄ ꝛ recte. Hinc
eſt ꝙ dꝛ ſuꝑ alias potētias volare: ꝛ aliȷ̄s
errātib⁹ nō ſe imiſcere: ſed eas corrigere.
Hui⁹ aūt ſunt tres act⁹. vt dicit li. iiij. q.
penul. Unus q̇dē q̇ eſt iſtigare ad bonū
ꝛ iſte q̇dē ablat⁹ eſt a dānatꝪ: qꝛ nō am/
pli⁹ eſt loc⁹ bn̄ faciēdi. Scđs eſt q̇ eſt re/
trahere a malo faciēdo: ꝛ iſte extinct⁹ eſt
in demonib⁹ vel dānatꝪ ꝓpter improbaꝫ
maliciā voluptatꝪ eoꝝ. Tertius q̇ eſt re
murmuratio ꝯ malū factū. ꝛ iſte manet
in eis iuſto dei iudicio. tn̄ ſm actū iſtū in
dānatis nō remurmurat malo culpe: qꝛ
inhoneſtū. Sꝫ qꝛ ex h̄ puniaꝛ. vn̄ iſte ali/
quo mō eſt extinct⁹. Et qꝛ demōes nō dū
ſentiū acerbitatē penaꝝ intēſe vt dānati:

ideo nō hn̄t ita remorſuꝫ. Sane pōt dicī
ꝙ ſinderiſis remurmurat malo facto: qꝛ
indebitū. Ipa ei cōfert culpā ad penā: ꝛ
ꝓpterea reſpicit honeſtū ꝛ nō cōmoduꝫ.
Et iterū ipa volūtas deliberatiua dete/
ſtaꝛ malū culpe ꝓpter penā. Nollet eni i/
pius peccaſſe vel feciſſe. Un̄ hꝫ tot mala
neceſſe pati: vl̄ ſaltē mallet nūq̄ꝫ habuiſ
ſe electionē q̄ꝫ eē in tāta miſeria ꝛ dolore.
Un̄ ad iſtū actuꝫ ſinderiſis ē dei inſtr̄m
ad flagellādū iniquos. Hec Bonauen.
Erit igitur remurmuratio i dānatis ex
quattuor.

Primo ex peccatis cōmiſſis.
Secundo ex bonis omiſſis.
Tertio ex bonoꝝ fortune vili exercitio.
Quarto ex bonoꝝ grē fruſtrato ſbſidio.

Primo igiꝛ erit remorſus ꝯſcie. i. q̇ orie
tur ex oñſiōe ꝯſcie ex pctis cōmiſſis. i. ꝓ/
pter pctā ſuꝑbie: auaricie: luxurie ꝛc. que
cōmiſerūt corde ore ac oꝑe. O ꝙ cōmiſe
rūt plā pctā cogitādo: loquēdo: ꝛ oꝑan/
do. Fiet āt iuſto dei iudicio inq̇t Bona/
uē. q. vlt. ꝙ mali ſiꝛ oia pctā mēorenꝛ: vt
de oib⁹ ꝯtinue torq̄anꝛ. O pauꝑ pctōꝛ co
gita ſi potes q̄ꝫt⁹ iſte dolor erit. Eſſet nā/
q̄ꝫ magn⁹ dolor ſi ex putrefactōe tue car
nis ꝟmes orirēꝛ: ꝛ ꝯtinue morſu crudeliſ
ſimo te morderēt. Certe maior erit do/
lor ex pctis ꝯmiſſis q̄ dānat⁹ ꝯſiderabit
ꝑpetuo ꝛ ſine ceſſatōe. De q̊ dolore dicīꝛ
Sap̄. v. vt ꝑus dictū ē. Uidētes ꝛc. In/
terlī. ď glīa ad penā ſe ꝑductos turbabū
tur timore horribili: ꝛ mirabunꝛ i ſubita
tiōe inſeꝑate ſalutꝪ gemētes ꝑ̄ anguſtia
ſpūs dicētes itra ſe pniaꝫ agētes. Hi ſūt
q̊s aliqn̄ habuim⁹ i deriſuꝫ ꝛ i ſil̄itudinē
improꝑij: nos iſenſati vitā illoꝝ eſtima/
bamus inſaniā: ꝛ finē illoꝝ ſine honore:
quō g̊ cōputati ſunt inꝛ filios dei: ꝛ inter
ſcōs ſors illoꝝ ē. Ergo errauim⁹ a via ꝟi/
tatꝪ ꝛ iuſticie: lumē nō luxit nob: ꝛ ſol in/
telligētie nō ē ort⁹ nob. Hec dicēt dāna
ti i die iudicij penitētes ď pctis cōmiſſis
ꝛ vidētes illos ſaluari q̊s h̄ ꝯtēpſerūt. ſꝫ
vere hec pnia erit nimis tarda: nec eis
ꝓderit: qꝛ erūt extra ſtatū merēdi. Hec
pena debeꝛ eis q̇ h̄ pctā ſua nō voluerūt:

nec de eis cõtriti ſũt nec ꝯfeſſi. ⁊ ſe ſilr̃ de
hac pena ꝟmis: ſic̄ ſi q̇s ex̄ñs in carcere
cõſideraret mala q̄ fecit ⁊ dolet ſe feciſſe
ꝓpter penã carcerꝫ quã patiꝛ̃. Sic dãnati
ꝓpter penas horribiles q̄s patienꝛ̃ vehe
mẽtiſſime dolebũt: ⁊ ſe peccaſſe triſtabũ/
tur: nec poterũt ſe auertere ab illa ꝯſide
ratõe. Sed q̄rit Bonauẽ. q. penl̃. di. xlix.
Utrũ erũt ibi tenebre ſpũales?. Et rñdẽ
do dicit ꝙ ſic̄ eſt triplex actꝰ lucꝫ corꝑal̃
manifeſtare: dirigere: ⁊ delectare. ſic ĩ lu
ce ſpũali ſi loq̄mur q̄ꝫtũ ad ṗmũ actũ. ſic
dico ꝙ nõ oĩno extra lucẽ erũt: qꝛ aliq̄ e/
rũt etiã manifeſta: ſꝫ illa ſolũ q̄ faciũt in/
cumulũ pene. Et ꝯñter ibidẽ dic̄ ꝙ r̃cor/
datio aliq̄ꝝ ẽ ad meſticiã ⁊ dolorẽ ⁊ ꝯfu
ſionẽ. aliq̄ꝝ ad rõis directionẽ. aliq̄ꝝ ad
ꝯſolationẽ: ſcḋam ⁊ tertiã nõ hñt dãnati
nec reſpectu alioꝝ: qꝛ nõ eis ẽ mẽoria dei
vel vt ꝯuertanꝛ̃ ſiue recõuertanꝛ̃ ad ip̃m
aut vt delectenꝛ̃ ĩ ip̃o vigebit: tñ ĩ eis ac/
tus mẽorie q̄ꝫtũ ad ṗmũ. ſ. ꝯſolationẽ: qꝛ
ſꝑ hẽbũt mẽoriã pctõꝝ q̄ ꝯmiſerũt: ⁊ edi
quẽ offenderũt: vt ṗus dixi. Si loq̄mur
q̄ꝫtũ ad ſcḋm actũ: ſic dico ꝙ oĩno erunt
extra lucẽ: qꝛ nõ poterũt dirigi. Erũt em̄
extra oẽm viã ⁊ tp̃s ⁊ locũ bñ agẽdi. Si
q̄ꝫtũ ad tertiũ. Sic dico ꝙ erũt extra lu/
cẽ oĩno: qꝛ nihil cognoſcẽt actu in q̊ dele/
ctenꝛ̃. Erũt eñi oĩno abſorti a magnitu/
dine penaꝝ: ita vt nõ liceat eis cogitare
aliq̄ delectabilia Et ita q̄ñ dr̃ ꝙ ſũt oĩno
excecati extra deũ. h̊ intelligiꝛ̃ q̄ꝫtũ ad di
rectionẽ ⁊ delectationẽ. Nec hẽbũt amo
rẽ boni honeſti ſꝫ cõmodi. Sic nec cogi/
tabũt de bono honeſto: ſꝫ tm̃ cõmodo. vñ
cognitio nulla exibit ĩ eis in actũ q̄ ad ip
ſoꝝ nõ faciat cruciatũ: vl̃ ꝑ ſe vel ꝑ accñs
Sic igiꝛ̃ ex pctis cõmiſſis erit magnꝰ do
lor ꝯtinue corrodẽs. Scḋo erit vermis ⁊
dolor vehemẽs ex bonis omiſſis: ⁊ maxi
me neceſſarijs ad ſalutẽ: vt in xp̄ianis ne
gligẽtia in noticia ⁊ obſuãtia mãdatoꝝ
⁊ in alijs negligẽtia ĩ noticia ⁊ obſuãtia
ꝓmiſſoꝝ. ſ. votoꝝ ⁊ alioꝝ q̄ debuerũt fie/
ri. O dãnati q̄ꝫta bona facerẽtꝫ ſi poſſetꝫ
redire: ſꝫ vere q̄ꝫdiu fuiſtꝫ in h̊ mũdo no/
luiſtꝫ acq̇eſcere ꝟitati: nec adherere boni
tati: ideo nõ eſt mirũ ſi eſtis dãnati. Ex/
emplũ huiꝰ legimꝰ: Duo frẽs fuerũt q̄rũ
vnꝰ fatuꝰ erat: ⁊ alter ſapiẽs q̇ ibãt ꝑ viã.
Cũ aũt veniſſent ad biuiũ vbi erant due
vie: vna delectabilis ⁊ alia aſpera. fatuꝰ
reſpiciẽs viam delectabilẽ: dixit ſapiẽti.
Eamꝰ ꝑ iſtã viã. Sapiẽs dixit ei: Frat̃
⁊ ſi iſta via ꝑ quã vis ire ſit delectabilis
tñ in fine ducit ad male hoſpitiũ. vñ ꝯſu
lo ꝙ eamꝰ ꝑ viã iſtã: qꝛ lꝫ ſit aſpera: tñ in
fine ducet ad meliꝰ hoſpitiũ. Rñdit fatu
us. Uolo magis credere oculis meis q̄ꝫ
tibi de hijs que nõ vides. Et poſuit ſe in
illa via: qḋ vidẽs ſapiẽs ⁊ nolẽs eũ dere/
linquere: ſecutꝰ eſt eũ. Pergẽtes aũt in/
ciderũt in latrones q̇ eos diuidẽtes po/
ſuerũt in diuerſis carceribꝫ. Factũ ẽ aũt
vt rex terre illiꝰ faceret oẽs incarceratos
educi corã ſe die q̄dã ad iudicandũ eos.
Uenientes aũt iſti inter alios cũ ſe ibi vi/
derẽt dixit ſapiẽs regi. Dñe cõqueror de
iſto fratre meo: cũ em̄ eſſemꝰ in via: ⁊ ip̃e
ſit fatuꝰ: ⁊ ego reputatꝰ ſim ſapiẽs: nole/
bat mihi credere: vt iremꝰ ꝑ q̄nãdã viaꝫ
bonã quã eũ docebã: ſed fecit me ire per
malã: in quã incidimꝰ in latrones vnde
reus eſt mortis mee. Fatuꝰ vero dixit re/
gi: Dñe: imo ego cõqueror de eo: qꝛ cũ ſit
ſapiẽs nõ debuit me tam facile ſeq̇ ꝑ vi/
am quã ſciebat eſſe malã: qḋ ſi nõ feciſſꝫ
ego rediſſem retro: ⁊ ſecutꝰ eum fuiſſem
⁊ euaſiſſeꝫ ꝑiculũ: vñ reus eſt mortꝫ mee.
Hijs auditis rex dedit ſñiaꝫ dicẽs. Tu
fatue noluiſti ſapienti credere: ⁊ tu ſapi
ens ſecutus es fatuũ: ideo vterqꝫ ſuſpẽ/
demini. Sic erit in die iudicij vel in cõ/
ſummatione ſeculi cum exibũt anime de
inferno: vel alijs locis ad recipiendũ cor
pora ⁊ iudicandum coram deo. Quia e/
nim corpus fatuũ ſequi noluit cõſiliũ ſpi
ritus: ⁊ ſpiritus ſapiens ſecutus eſt cor/
pus: fatuũ vtrunqꝫ condemnabiꝛ̃. ꝓpter
hoc diciꝛ̃ Apocalip. i. Eius ſentẽtia gla
dius ex vtraqꝫ parte acutus: qꝛ ſcꝫ per/
det corpus ⁊ animã. Et qꝛ hoc valde ti/
mendũ eſt diciꝛ̃ Matth. x. Illũ timere q̇
poteſt corpus ⁊ aĩam ꝑdere: in gehẽnaꝫ
ignis. Erit igitur in dãnatis dolor ma/

ximus: q̄ꝛ fuerūt remiſſi ꝛ negligētes cir
ca opera ſue ſalutis. Joh. viij. Qui icre/
dulus eſt verbo dei: ira dei manet ſuꝑ eū
Quātū ſint ſoliciti hoīes de vita corꝑali
ſatis ptꝫ: q̄ꝫ negligētes de ſua ſalute etiā
patet: imo dicūt ꝙ ea que p̄dicamus nō
ſunt vera. Chariſſime non credis tu deo
qui nō pōt mentiri. Nōne credis euāge/
lium eſſe verbuꝫ dei in quo fit mentio in
pluribꝯ locꝭ de inferno ꝛ penis eius. Tu
bene credis de gaudijs paradiſi. Quare
Quia tu vis ſalutē tuā: ſed remiſſe q̄ꝛ nō
vis aliqualē penā ꝛ diligentiā facere: vt
acq̄ras illā. O q̄ꝫtus doloꝛ erit in dāna/
tis cum ſcient tātas penas incurriſſe ex
negligētia bene agēdi: ꝛ hoc erit eis ma
xima pena cōtinue remordēs. Tertia
pena ſiue remorſus cōſcientie erit ex bo/
noꝝ fortune vili exercitio ſiue abuſu. O
deus quō vtunꝭ: imo abutunꝭ hoīes bo/
nis terrenis que data ſunt ad ſalutē ꝓcu
randā: ꝛ vt mediū ꝛ occaſio ſalutis qua/
ſi cūctis eſt notū. alijs retinentibꝯ multa
ſuꝑflua nec pauperibꝯ tp̄e neceſſitatꝭ mi
niſtrātibꝯ. alijs in edificijs: veſtibꝯ: ludis
ꝛ alijs pc̄tis exponentibꝯ. O q̄ꝫ grauiter
dolebūt de oībꝯ his pc̄tis. Sed vere ho/
mines huius tp̄is adeo ſunt inſenſati ꝙ
ſolū de his rebꝯ tp̄alibꝯ curant quaſi im/
mortales eēnt. Et ego dico tibi ꝙ tu mo
rieris: experiētia te docet. Cur igiꝭ non
cogitas ꝓpter q̄d tibi data ſunt hec terre
na. Exemplū recitat btūs Greg. de quo
dam qui dedit calciamēta: de quibꝯ ope/
rari ſolebat: de quo quidā ꝑ reuelationē
vidit ꝙ ei domus edificareꝭ in celo: ſed
eius cōſtructiōes ſolū die ſabbati opera/
ri videbanꝭ. qui Gregꝰ. eiuſdā viri vitaꝫ
poſtmodū diligēter inq̄rēs īuenit: ꝙ ip̄e
ex his que ſingulꝭ diebꝯ laborabat q̄cq̄d
ex victu ꝛ veſtitu ſuꝑeſſe potuiſſet die ſab
batis ad eccl'iam pergēs pauꝑibꝯ eroga
bat. O auaricia auaricia quot hoīes du/
ces ad infernū ſolus deus nouit. Unde
diues ille Lu. xvi. ſepultus eſt in inferno
cui dictū eſt cū peteret guttaꝫ aque. Re/
cordare: q̄ꝛ recepiſti bona in vita tua: la/
zarus vero ſilr̄ mala. nunc autē hic cōſo/
latur: tu vero cruciaris. Hec pena debeꝭ
his q̄ noluūt aduertere in vſu licito ꝛ ho/
neſto: ꝛ vtili bonoꝝ tp̄aliū a deo ſibi cō/
ceſſoꝝ. O deus ſi poſſent diuites huius
mūdi duꝫ erūt in inferno poſt reuerti ad
ſuas diuitias: quō modicū corvellent il/
lis apponere. iuxta illō ps̄. Diuitie ſi af/
fluant. n. coꝛ. ap. imo diligētiſſime diſtri
buere. O diuites diuites penſate verba
iacobi. Ja. i. Agite inquit iacobꝯ diuites
plorate vlulātes in miſerijs vr̄is que ad
uenīēt vobis. Diuitie veſtre putrefacte
ſunt: ꝛ veſtimenta vr̄a a tineis comeſta
ſunt. aurū ꝛ argentū vr̄m eruginauit: et
erugo eoꝝ in teſtimoniū vobis erit: ꝛ mā
ducabit carnes vr̄as ſic ignis. Theſau/
rizatis vobis iram. i. dānationē. Et mā/
ducabit nō ſolū carnes ſed etiam aīas. i.
nō cōdēnabimini ſolū in carne: ſed etiaꝫ
in aīa ꝓpter veſtrā auariciā. Et ſequitur:
Ecce merces oꝑarioꝝ qui meſſuerūt re/
giones vr̄as que fraudata ē a vobis cla/
mat: ꝛ clamoꝛ eoꝝ in aures dn̄i ſabaoth
introiuit. Epulati eſtis ſuꝑ terrā: ꝛ in lu
xuris enutriuiſtis corda vr̄a. Quarta
pena vermis erit remorſus ſiue doloꝛ ex
bonoꝝ gratie ſubſtracto ſubſidio. Dona
gratie ſunt duplicia: q̄ꝛ quedā gr̄e gratꝭ
date vt eſt ſciētia: bonū ingeniū: ſanitas:
eloquētia: ꝛ multa talia. Alia ſunt bona
gratie gratū faciētis que daꝭ in ſacramē
tis. Dolebūt igiꝭ dānati: q̄ꝛ non vſi ſunt
ad ſalutē his gratijs. Ro. vi. Gratia dei
vita eterna. Et in ps̄. Gratiā ꝛ gloriā da
bit dn̄s. Et maxime qui ī ſacramēto ba/
ptiſmi gratiā cum alijs virtutibꝯ: ꝛ ma/
xime fide ꝛ ſpe ſuſceperūt. O q̄ꝫtum do/
lebūt qui adeo fuerūt diſpoſiti ad ſalutē
vt ſtillā cuſtodiſſent in celeſti gloria cuꝫ
alijs beatꝭ poſiti fuiſſent ꝛ ad celos aſcē/
diſſent. nam gratia facit hoīem iuſtū: ad
Tytū. iij. Juſtificati gratia ip̄ius here/
des ſumus eterne vite: ſcꝫ ſm̄ ſpem. Fa/
cit fructificare in diuerſis virtutibꝯ. Ec/
cleſia. iiij. Gratia ſicut paradiſus in bn̄/
dictionibꝯ. Per tria precipue inueniꝭ hec
gratia. Primū eſt humilitas. Eccl'ia. iij.
Humiliate in oībꝯ et corā deo inuenies

gratiã. Et Jac.iiij. Deus ſupbis re.hu.
autẽ dat gratiã. Scdm̃ eſt manſuetudo.
Prouerb.vi. Mãſuetis dabit grãz. Uñ
moyſi q̃ erat mitiſſim⁹ hoiuz: dicit̃ Exo.
xxxiij. Inueniſti grãm corã me: ⁊ teipm
noui ex nomie. Tertiũ eſt libẽter referre
deo grãrũ actões p iam datis. Zach.xij.
Exeq̃bit grãm grẽ. Joh.i. de plenitudi/
ne eius oẽs accepim⁹ grãm p grã. Sũt
⁊ alia que ad grãm impetrãdã nõ modi
cũ ſunt vtilia: quoꝝ vnũ eſt vt hõ ſit paci
ficus. Uñ hec duo ſepe cõbinarunt apl̃i
grã ⁊ pax. Ro.v. pacem habem⁹ ad deũ
in iſta grã. Scdm̃ eſt vt hõ ſit bon⁹. Pro
uerb.xij. Qui bonus eſt hauriet grãm a
dño. Bonus aũt eſt: vt dicit Ariſto. q̃ bñ
delectabilibꝫ ⁊ triſticijs vtit̃: q.ſ. nõ effun
dit ſe nimis ad delectabilia mũdi: nec in
triſtibꝫ nimis aĩo ruit. Eccl̃.i. Juſtus in
ueniet grãm corã oculis dñi. Tertiũ eſt
vt hõ ſit verax. Prouerb.iij. Ueritas te
nõ deſerat: ⁊ inuenies grãm. Augmẽtat̃
aũt grã dei in hoie p multa: ⁊ ſpãliter p
prudẽtiã ⁊ diſcretionẽ. Prouer.iiij. Poſ/
ſide ſapiam: acquire prudentiã: ⁊ exalta/
bit te: dabit capiti tuo augmẽta grẽ. Ecõ
trario dicit̃ Prouerb.xx. grẽ fatuoꝝ effũ
dent̃. Et ibidẽ: Fatuo nõ erit amic⁹ ⁊ nõ
erit grã bonis illi⁹. Ephe.i. Grã ſupabũ
dauit in nobis in oĩ ſapiẽtia ⁊ prudẽtia:
ſecũdo auget̃ p obedientiã ⁊ obſeruãtiã
mandatoꝝ. Prouerb.iij. Cuſtodi legem
atq̃ cõſiliũ meũ: ⁊ erit vita aie tue: ⁊ grã
faucibꝫ tuis. Gloſa. Cum legem dei cu/
ſtodimus faucibꝫ aie gratia multiplicat̃
Perdit̃ autẽ gratia per q̃dlibet peccatũ
mortale qd̃ eſt. ait Ambro. diuine legis
tranſgreſſio: ⁊ celeſtiũ inobediẽtia man/
datoꝝ. q̃ꝫ pauci vero de hac grã habẽda
curẽt deus nouit. Cum eñi hoies habe/
ant intellectũ ⁊ volũtatẽ: ⁊ plura alia me
dia p que poſſent dei miſcdiam obtine/
re: ſuper hijs tñ aliquẽ laborez a pponere
noluñt. O deus quot ſunt hoiuz ſubtilia
ingenia in multis rebus mundi. Aliqui
eñi ſunt ſubtiles in edificijs. Aliq̃ in pi/
cturis. Aliqui in pãnoꝝ facturꝫ: vt in ta/
petis. Aliqui in ſculpturis. Aliq̃ in ſcri/
pturis. Aliqui in mercaturis: ⁊ breuiter
nõ eſt ita parua ars in hoc mũdo: in qua
nõ ſint plures ſubtilitates. nõ eſt ita ſim/
plex vetula que nõ habeat ⁊ ſciat aliqua
ſpecialia ad vitã corporalẽ manu tenen/
dam. Q̃ꝫ autẽ ſciant narratiões ⁊ friuo/
las: ⁊ cõputatiões notũ eſt: etiã aliquan/
do multa maleficia ⁊ ſortilegia. ⁊ breui/
ter in omni arte ſiue bona ſiue mala ho/
mines mũdi ſunt experti valde plures ſi
cut videm⁹. etiã vnus puer vel vna puel/
la mltas ſtatim ſciet cantilenas: chorea/
re: ludere: ⁊ alia multa facere q̃ plus ſũt
ad dãnationẽ q̃ꝫ ad ſalutem: ſed paucĩſſi
mi ſciunt vitã paradiſi: aut quõ gratiaz
dei acq̃rent. ⁊ ſic dona nature ⁊ gratie in
ipis nõ habẽt vſum pncipalẽ ad quẽ fa/
cta ſunt ⁊ data. Et vt dicit̃.i. Joh.v. tot⁹
mũdus in maligno eſt poſitus. i. maior
pars in igne cõcupiſcẽtie: ⁊ pcti qd̃ intel
ligẽtes ⁊ recordãtes dãnati in corpore ⁊
anima ppetuo dolebũt grauiſſime. Cõ/
uertant̃ in infernum ⁊c̃.

## Ertia pena erit

t rancor iracundie. Scitis eñi
q̃ꝫta ſit pena ira in hoie: ita vt
etiã in nullo q̃ñq̃ꝫ poſſit cõſolari: comede
re: aut bibere. aut etiã aliq̃d boni facere.
Hec aũt erit pena in dãnatis dicẽte: ps̃.
Pctõr videbit ⁊ iraſcet̃: dentibꝫ ſuis fre/
met ⁊ tabeſcet ⁊c̃. Hec autẽ pena ire erit
cõtra quattuor eis diſplicẽtia.
Primo iraſcent̃ cõtra diuinã potentiã.
Secũdo cõtra ppriã miſeriã.
Tertio cõtra diabolos inimicos.
Quarto cõtra hoies quondã amicos.
Primo igit̃ dãnati iraſcent̃ ꝯtra diui
nam potentiã. Credẽt eñi deũ eſſe iniu/
ſtum: imiſericordẽ. ⁊ ideo cõtra eum ira/
ſcent̃: ⁊ furore magno turbabunt̃. Eſaie
viij. Cuz eſurierit iraſcet̃ ⁊ maledicet re
gi ſuo ⁊ deo ſuo. O q̃ꝫtus furor q̃ꝫta ve/
ſania: q̃ꝫtus rancor in dãnatis maledice/
re factori ſuo: ⁊ cõtra iudicem iuſtiſſimũ
iraſci. Hec pena erit in illis q̃ noluñt ira/
ſci cõtra pctã ſua: ⁊ ſuas peſſimas cõſue
tudines que ſi diſplicerẽt eis eas dimit/

terent: ⁊ non ſic cõtinue peccarent. in pſ̃.
Iraſcimini et nolite peccare. Unde du/
plex nunc eſt ira: ſcꝫ per zelum ⁊ per vin/
dictã. Prima eſt bona: q2 eſt cõtra pctm̃
ſecũda eſt nobis mala: q2 ꝓhibita mihi
vindictã: ⁊ ego retribuã: dicit dñs Deu/
tero. xxxij. Dãnati vero ita erunt furore
⁊ ira pleni: vt deum vellent nõ eſſe ſi poſ/
ſent hoc facere. ⁊ ſicq3 to minus poterũt
iram ſuam exercere magis dolebũt. Ui/
diſtis ne aliquãdo aliquos iratos q̇ quã
do iuxta iram ſuam ſuam non poterant
agere quaſi in furorẽ verſi: dentibus ſuis
lignũ vel baculuꝫ mordebãt. Sic erit in
dãnatis. Sed vere contra deus videbit̃
iratus cõtra eos quod erit valde penale
eis. Apocal. vi. Reges terre ⁊ principes
⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ fortes: ⁊ omnis ſer
uus ⁊ liber abſconderũt ſe in ſpelũcis et
petris mõtiũ: ⁊ dicunt montibꝫ ⁊ petris.
Cadite ſuper nos ⁊ abſcondite nos a fa/
cie ſedentis ſuper thronũ: ⁊ ab ira agni:
qm̃ venit dies magnus ire ipſoꝝ. Et q̇s
poterit ſtare. Primo magnitudo huius
ire perpẽdet̃ in ſequeſtratõe ab eius pre/
ſentia. Exemplũ de abſolone. ij. Reguꝫ
xiiij. Qui ꝓpter iram quaꝫ habuit pater
eius dauid cõtra eum multis annis non
vidit faciẽ regis: ſic ⁊ iſti nunq3 videbũt
faciem dei. Math. xxv. Diſcedite a me
maledicti in ignem eternũ. Scd̃o ꝑpen/
dit̃ in ꝓiectõe coꝝ in locũ ire. Habet enĩ
dñs ſicut principes magni carceres mul
tos: quoꝝ vnus eſt ꝓ illis quibꝫ eſt ſũme
iratus: ⁊ iſte eſt infernus in quẽ ꝓijcient̃
poſt diem iudicij. Apoc. xiiij. Miſit an/
gelus falcem ſuã in terrã ⁊ vindemiauit
vineã terre: ⁊ miſit in lacũ ire dei magnũ
Tertio ꝑpendit̃ in vehemẽtia penarum
Videt̃ eniꝫ agere ſicut furioſus. Quis
enĩ nõ reputaret prẽm furioſum q̇ ꝓijce/
ret filios ſuos in ignẽ: ſic tunc fiet apud
dãnatos. pſ̃. In ignẽ ꝓijcies eos. Quar
to in non habẽdo miſcd̃iam ſup eos: Si
enĩ turbatus ad horã vel ad annũ deſine
ret eos in ignẽ hoc eſſet tollerabile Sed
ſic erit iratus q nõ flectet̃ miſcd̃ia: vt ali
quãdo extrahat eos de igne: ſed ꝑpetuo
ardebũt corã eo Iſa. lxv. Cognoſcet̃ ma
nus dñi ſeruis ſuis: ⁊ indignabit̃ inimi/
cis ſuis: q2 ecce dñs in igne veniet quaſi
turbo quadrige eius reddere in indigna
tione furorẽ ſuũ ⁊ increpationẽ ſuã in flã
ma ignis. Quinto ꝑpendit̃ in traditiõe
coꝝ in manibꝫ peioꝝ inimicoꝝ quos ha/
bebunt. ſ. demonũ. Math. xviij. Iratus
dñs eius cõtra eum tortoribꝫ. i. demonibꝫ
qui dicunt̃ tortores antonomatice. Sex
to ꝑpendit̃ in gaudio electoꝝ: q2 nõ ſolũ
ſuſtinebũt eos ſic torqueri: ſed videbunt̃
ridere ⁊ inuidere: Prouer. i. Ego quoq3
in interitu veſtro ridebo ⁊ ſubſãnabo cũ
vobis qd̃ timebatis euenerit. Septimo
ꝑpendit̃ in obduratõe ad gemitus ⁊ cla/
mores coꝝ. Ipi enĩ pre dolore cordis cla
mabũt: ſed nõ mouebit̃ ſicut quõdã mo/
tus fuit ſuper filios iſrl' in egypto clamã
tes Exo. iij. Vidi afflictionẽ ꝑpli mei in
egypto: ⁊ clamorẽ eius audiui ꝓpter du
riciã coꝝ qui p̃ſunt operibꝫ: ⁊ ſciens de/
ſcendi vt liberarẽ euꝫ de manibꝫ egyptio
rum. Octauo ꝑpendit̃ in repulſione pre/
cum. Cum enĩ iratus dñs ꝑplo iſrl' ꝓ vi/
tulo cõflatili: vellet eum delere: tñ ad pre/
ces moyſi placatus eſt ab ira. Exo. xxxij
Placatuſq3 eſt dñs ad p̃ces ſcꝫ moyſi: ne
faceret malũ qd̃ locut⁹ fuerat aduerſus
ꝑplm̃ ſuũ. Sed ꝓ dãnatis nullas audiet
preces. Prouer. vi. Zelus ⁊ furor viri nõ
parcet in die vindicte: nec acq̇eſcet cuiuſ/
q3 precibꝫ: nec ſuſcipiat ꝓ redẽptiõe dona
plurima. Nono ꝑpendit̃ in reſurrectõe ⁊
vnione corpoꝝ ad aiam ad maiorẽ penã
vt prius dictũ eſt Hiere. xvij. Induc ſu/
per eos diem afflictiõis ⁊ duplici ꝯtritio
ne cõtere eos. Exemplũ in tyrãnis q̇ ad
maiorẽ penã puniri faciunt ſuos incarce
ratos in partibꝫ diuerſis ⁊ mẽbris. Deci
mo perpendit̃ ira dei in nutrimẽto pena/
rum. ipſe enĩ ſicut faber flat in ignem ne
deficiat: ita illas penas perpetuo cõſer/
uabit. Eſaie. xxx. Flatus dñi ſicut torrẽs
ſulphuris ſuccẽdens eam: ſcilicet forna/
cem inferni. Undecimo perpendit̃ in ex
altatione turbe celeſtis in penis eorum.
in pſ̃. Ut faciunt in eis iudiciũ conſcri/

mā emulationē ⁊ odiū vellent nullos eē
btōs: imo miſeros. Et q: nec ipi ad bea/
titudinē poſſunt ꝑtingere: nec alios poſ/
ſunt a ſtatu btitudinis ammouere Ideo
in ſemetipis vehemēter tabeſcūt ⁊ cōfun
dunt̄. Cōcedendū ergo eſt ꝙ generaliter
loquendo mallent oēs eſſe miſeros q̄ȝ
ipſis exiſtentibꝫ miſeris aliquos eē bea/
tos. Et ſi obijcitur de illo diuite qui nole
bat fratres dānari. dicendū ꝙ q̄ȝuis dā/
nati in generali nollent videre btōs ali/
quos: ſed oēs miſeros: tn̄ q: ſpecialius
habent aliquoꝝ amorē naturalē: ⁊ priua
tum: nollent illos dānari: alijs exiſtētibꝫ
in ſtatu glorie: q: ſi illi dānarent̄. adhuc
tn̄ maneret emulatio ⁊ occaſio tabeſcen/
di ſi non ſic eſſet de omnibꝫ. Attn̄ nullos
ita diligunt nauraliter. quin vellent eos
eſſe dānatos. hoc pacto ꝙ nulli eſſent btī
vn̄ q: vident ipſos eleuatos: ex quoꝝ cō/
paratōe cōfundunt̄: ⁊ iſti ſunt beati: ⁊ q:
hoc obtinere nō poſſunt: ideo non conſe/
quunt̄ inde ſolatiū: ſed habent inde ma/
gnū ſuꝑplicium. Hec ille: Nec tn̄ haberent
minorē miſeriā ſi dānarentur. Et ponit
exemplū idem doctor. Sicut inq̄t homo
ſanus in quo ē natura bene diſpoſita ap/
petit cibaria ſibi cōuenientia. homo vero
infirmus appetit ea que nocent: q: eſti/
mat ꝓdeſſe. ſic beati tanq̄ȝ mente ſani ap
petūt alioꝝ glorificationē que vere eſſet
eis ꝓficua ſuꝑple ſi placeret deo. Dānati
vero beatoꝝ dānationē quā eſtimāt ſibi
vtilē ⁊ delectabilē: ſicut inuidus alteriꝰ
ſubuerſionē: attamē ſi eueniret nō ꝓpter
hoc miſeria eoꝝ decreſceret: imo ſuccre/
ſceret. Multa eni volūt impij ⁊ pctōres
que ſi obtinerēt eſſent miſeriores. Ad hͦ
ꝯfirmādū multū valet auctoritas Aug.
in .ij. c. vbi dicit: O ira: odiū: ⁊ cecitas in
dānatis excreſcent. hec ille. O miſeri dā/
nati: o pena crudelis inuidie in deū: an/
gelos. ⁊ ſanctos. Uidiſti ne aliquos in/
uidos ⁊ dolentes de bono alterius: q̇ in/
de murmurāt detrahūt ⁊ tabeſcunt ſiue
deficiūt pre triſticia. Sic erunt damnati
triſtes de bonis predictoꝝ. O canes ra/
bidi q̄ȝtuȝ patiemini ex hac inuidia. Co
gitet hanc penā qui poteſt. Iſta pena q̇ ꝓ
pe debet̄ inuidis huius mūdi quoꝝ ma/
ximus eſt nūerus qui hic ꝓximos nō dile
xerūt. Ubi notandū ꝙ licet debeamꝰ di/
ligere deū vt dictū eſt: ⁊ nos ⁊ ꝓximū: tn̄
nō habemus ſpeciale preceptū de amo/
re noſtro: eo ꝙ amare deū ſit amare ſeip
ſum. Unde Aug. Ille ſolus nouit ſe di/
ligere qui deū diligit. Siquidē ille ſe ſa/
tis diligit qui ſedule agit: vt ſūmo et ve/
ro fruat̄ bono. Idem cum illa dilectione
quā deus imperat debeat homo dilige/
re deuȝ: ſeipm̄: ⁊ ꝓximū: nō tn̄ ex hoc tria
precepta data ſunt vt intelligat̄ nullā eſ/
ſe dilectionē qua quiſq̄ȝ diligit ſeipm̄ niſi
qua diligit deū. Ad amorem ꝓximi inci/
tat nos amor quē videmus inter aīalia
irrationabilia eiuſdē ſpeciei. Eccli. xiij.
Omne animal diligit ſibi ſilē. Et poſt
omnis caro ad ſilem ſui cōiunget̄. Si lu
pus: ⁊ leo: ⁊ ſerpens nō exercēt illā feroci
tatē in aīalia que ſunt ſue ſpeciei quā ex/
ercēt in alia. quid dicendū eſt de homīe
qui deſeuit in alium hoīem niſi ꝙ feroci/
or et crudelior eſt lupo leone et ſerpente.
Etiā ipa aqua que naturaliter habȝ pu
gnā cum igne: pacē habet cum alia aqua
Secūdo incitat fraternitas naturalis q̄
eſt inter hoīes. Augꝰ. in lib. de doctrina
chriſtiana. Si putamus nō eſſe ꝓximos
niſi qui eiſdē naſcunt̄ parentibꝫ: adam ⁊
euam intēdamus: ⁊ oēs fratres ſumus.

Voluit deus vnicū hoīem p̄mo forma/
re ex quo oēs ꝓcederēt vt tanꝗ̄ fratres
omnes hoīes ſe amarēt. Non ſic legim⁹
factū in angelis vel in animalib⁹. alijs di
lectio eſt debitū naturale quo vn⁹ homo
eſt obligatus alteri a quo debito nullus
abſoluit̄ ꝗ̄tūcūq̄ ab eo ſoluat̄. Unde ſu
per illud Ro. xiij. Nemini quicꝗ̄ debea
tis niſi vt inuicē diligatis. dicit glo. Aug.
Sola charitas eſt que etiā reddita ſem/
per detinet debitorē. Jus cōmune gene/
ris humani videt̄ cōtineri in illis duob⁹
mādatis. qđ ab alio oderis tibi fieri: vi/
de tu ne aliqñ alteri facias Tho. iiij. Et
Math. vij. Quecūq̄ vultis vt faciāt vo
bis hoīes: ⁊ vos eadē facite illis. Tertio
fraternitas ſpūalis: de qua Aug⁹. in lib.
de diſciplina chriſtiana. Omnes quidē
frēs ſm ꝙ hoīes ſumus ꝗ̄to magis ſm
ꝙ chriſtiani ſum⁹. Ad id ꝙ homo es v/
nus pater fuit adam: vna mater fuit eua
ad id ꝙ chriſtian⁹: vnus pater eſt deus:
vna mater eſt eccl'ia. Hec fraternitas ſtā
to eſt melior fraternitate naturali: ꝗ̄ me
liorem habet patrem deū. Math. xxiij.
Patrē nolite vocare vobis ſuper terraȝ:
vnus eſt em̄ pater veſter qui in celis eſt.
Quarto exemplo xp̄i q̄ tantū hoīem di/
lexit: vt ꝓ eius redemptiōe mori voluit.
Hoc exemplo angeli: qui adeo amant
hoīem vt cuſtodiāt eum in oib⁹ vijs ſuis
Amādus eſt aūt chriſtianus: ſicut chri/
ſtus amauit nos. ſ. amore gratuito: amo
re recto: amore diſcreto: amore vehemēti:
amore fructuoſo: amore ꝑſeuerāti. Om/
nis igit̄ amor talis deerit a dānatis: ⁊ e/
runt in inuidia ꝑpetua ⁊ dolore ⁊ triſti/
cia de omniū ſanctoꝝ ſaluatōe O ꝗ̄ gra
uis pena vbi mater inuidebit filio: ⁊ do/
lebit de eius ſalute: ⁊ fili⁹ de patre ⁊ ma/
tre: ſic ꝙ vellet ipſos ſecū dānari: vt dictū
eſt. Quarto dānati inuidebūt paruuloꝝ
pene leuitati. Jſti erūt valde multi q̄ in
vteris matrū mortui ſunt: aut ante bap/
tiſmū: aut tēpore circūciſionis ante circū
ciſionē: ⁊ breuiter quotquot moriunt̄ in
ſolo pctō originali, dānabunt̄ ſic ꝙ nunꝗ̄
videbūt deū glorificē: nō tñ patient̄ penā
ſenſitiuā. Unde Aug⁹. in lib. de fide ad
Petrū ait: Firmiſſime tene ⁊ nullatenus
dubites: nō ſolū hoīes iam ratiōe vten/
tes: verūetiā paruulos qui ſiue in vteris
matrū viuere incipiūt: ⁊ ibi moriunt̄: ſi/
ue de matrib⁹ iaȝ nati ſunt ſine ſacramē
to ſancti baptiſmatis qđ datur: Jn noīe
patris et filij et ſpūſſancti. de hoc ſeculo
tranſeūt ignis eterni ſempiterno ſuppli/
cio puniēdos. q2 ⁊ ſi pctm̄ ꝓprie actionis
nullū habuerūt: originalis tñ pcti dāna/
tionē carnali cōceptiōe ⁊ natiuitate tra/
xerūt. hec Aug. Que auctoritas quali/
ter ſit intelligēda: vide in. q. de malo. ſan
cti Tho. xliiij. ar. ij. ad primū. ibi enī cū
ſequēti arti. iij. pulchra habent̄. Alexan
der autē de halis in. ij. dicit: ꝙ lȝ in igne
ſint eterno ab illo tamē nō patient̄: ſicut
⁊ dānati ꝓprio pctō: vñ aliter eſt in igni
ferrum: aliter manus hoīs: q2 ferrū non
patit̄: ſed manus patit̄. Sic erat de par/
uulis vt de ferro. Exemplū huius habe/
mus Danielis. iij. Jn trib⁹ pueris q̄ am
bulabant in medio flāme laudātes deū
⁊ benedicētes dn̄o: ⁊ non tetigit eos om/
nino ignis: neq̄ contriſtabit: nec quicꝗ̄
moleſtie intulit. Sic eſt ſentētia doctoꝝ
ꝙ paruuli in originali nūꝗ̄ patient̄. Su
per iſtis inuidebūt dānati patientes pe/
nas horribiles: imo credi poteſt ꝙ etiam
inter ſe inuidebūt. ⁊ ipſis demonib⁹ deſi/
derantes ipſis maiores penas. Et quia
deſideriū ſue inuidie nullum ſortiet̄ effe
ctum valde dolebūt. Et hec pena maxi/
me debet̄ his patrib⁹ et matrib⁹ qui ſuo
malo regimine interficiunt paruulos in
vteris matrū: qui etiam occidūt ante ba
ptiſmū: aut flumine necant vel aliter. Et
vere crudeliſſima mater eſt que ꝓprium
filiū iugulat qualitercūq̄ ipm̄ concepit.
hoc nunꝗ̄ beſtia faceret: quomodo ergo
mater hoc poteſt facere. Nōne debet ma
gis timere deū quē offendit interficiēdo
natū ſuū: ꝗ̄ quācunq̄ mundanā verecū/
diam. Uere ſic: Chariſſimi diligamus
deū: ⁊ ſic nos ipſos diligemus: ⁊ primū ſi/
ue angelos in eoꝝ p̄ſentia a pctīs abſti/
nendo ſiue hoīes poſſibiles ad ſalutem.

Hec eſt cognitio qua debemus cogno/ſcere deū ⁊ ꝓximū: ſcilicet amore recto et honeſto. Ideo de hoc nō obſeruantib⁹ dicitur. Conuertant͛ in infernū oēs gen/tes que obliuiſcunt͛ deū ⁊c̄.

## Sexta pena ſpiri/

tualis in dānat⁹ erit timor pe/ne. Unde Greg. Hic flāma que ſuccendit illuminat: illic ignis cruciās obſcurat. hic metus amittit͛ cum tollerari incipit quod timebat͛: illic dolor dilaniat ⁊ pauor anguſtat. Horrēdo igit͛ modo: tunc erit reprobis dolor cum for/midine. Unde iſte timor erit quadru/plex: quia.

Primo timebūt iudicem ſupernū.
Secūdo cuneū fraternū.
Tertio demones horribiles.
Quarto penas terribiles.

Primo igit͛ timebunt iudicem ſuper/num. Cogita ſi potes quāta penaꝫ quā/to dolore torquet͛ puer in ſcola ſentiens ſe deliquiſſe: ⁊ videns magiſtrū iratū cū virgis delicatis: ⁊ ſcindentib⁹ volentem ipm verberare. Plus adhuc latro timet adiudicatus ſuſpēdio videns patibulū: ita vt etiā aliquādo quaſi exanimis defi cere videat͛. Uere talis timor quaſi ni/hil eſt ad illū timorem quem dānati pa/tient͛: videntes iudicem iratū. De forma iudicis habet͛ in magiſtro. di. xlviij. iiij. Ubi dicit͛ ſic: In forma vtriꝗ; ſerui iudi/cabit: vt videant mali in quem pupuge/runt. xxxvij. ⁊. xij. ⁊ Apoca. i. Diuinitatē vero illi⁹ mali nō videbūt. Unde Eſa. xxvi. Tollat͛ impius ne videat gloriam dei. humanitatē videbūt ⁊ timeāt. diuinitatem vero nō: ne gaudeāt. diuinitas eñ ſine gaudio videri non poteſt. Hec ille. Et in fine ca. ij. Apparebit terribilis im pijs ⁊ mitis iuſtis. Erit enim timor malis: ⁊ lumen iuſtis. apparebit terribilis. i. terrorē eis incutiet: bonis delectationē: ſicut idē ſol ſanis oculis delectabilis eſt: egris vero odioſus. Et. cap. v. Uirtutes quoꝗ; celoꝝ ⁊ angeli dicunt͛ moueri non motu dānationis: vel aliqua ꝑturbatōe pauoris: ſed quadā admiratiōe eoꝝ que viderint. Unde Job. xxvi. Colūne celi pauent aduentū eius. Ideo dicit͛: dies il/la dies ire: dies calamitatis ⁊ miſerie di/es magna ⁊ amara valde. Sopho. i. Iuxta eſt dies dñi magnus dies ire. di. Illa dies tribulatiōis ⁊ anguſtie: dies calami tatis ⁊ miſerie: dies tenebraꝝ ⁊ caliginis: dies nebule ⁊ turbinis. O ꝗ̄ tremēda eſt dies talis. Ideo tremens tota eccl'ia can tat frequēter: Libera me dñe de morte e/terna in die illa tremēda. Et felix eſt qui illū diem p̄cauet. iuxta cōſiliū ſapientis. Eccl'. vij. Diem malā p̄caue. Iſte timor debet͛ illis qui hic timere deū noluerūt. Sunt autē ſex differentie timoꝝ. ſ. timor mūdanus: human⁹: ſeruilis: naturalis: initialis: filialis: ſiue reuerētialis. Sed timor filialis eſt ille quo timet͛ deus non ꝓpter cōmodū: vel incōmoduꝫ: vel alias cōditiōes timētis. ſed ꝓpter cōditiōes e/ius qui timet͛: vt cum quis timet deū offendere ꝓpter amorē quē habet ad eū ex bonis cōditionib⁹ eius. Unde ꝓcedit talis timor ex amore. ⁊ ideo dicit͛ filialis: ⁊ iſte eſt timor qui viros ſolet multū ſctōs cruciare de peccatis p̄teritis. Sunt eniꝫ certi multi qui peccauerūt et neſciūt ſibi peccata remiſſa: q2 neſcit homo vtrum o/dio vel amore dignus ſit. Eccl'. ix. Exē/plum de abſalone. ij. Regū. xvij. Qui e/rat in magna anguſtia: ex hoc ꝙ nō erat carus de remiſſione paterne offenſe. Et ad hoc inuitat ſcriptura. Dicit eccl'ia. v. De ꝓpiciato peccatoꝝ noli eē ſine metu: neꝗ; adijcias peccatū ſuꝑ peccatū. ⁊ ne dicas miſeratio dei magna m'ltitudinis peccatoꝝ meoꝝ miſerebit͛. Miſericordia enim ⁊ ira ab illo cito ꝓximant: ⁊ in pec/catores reſpicit ira illi⁹. Non tardes cō/uerti ad dñm: ⁊ ne differas de die in diē: ſubito enim veniet ira illius: ⁊ in tempo/re vindicte diſperdet te. Item iſte timor multū cruciat bonos: etiaꝫ de preteritis operib⁹: q2 neſciūt vtrum placuerūt deo. Eccleſia. ix. Sunt iuſti atꝗ; ſapientes: ⁊

ōpera eoꝝ in manū dei. Et tamen neſcit
homo vtrum ꝛc̄. ſed omnia in futurū ſer/
uanť iuncta. Exemplū in vitis patrū de
quodā ſancto patre: qui cum videreť ti/
mere de morte: queſierunt ab eo fratres
an timeret. Et ipſe reſpōdit in hunc mo/
dum. Seruaui mandata dei iuxta poſſe
meū. ſed homo ſum: ꝛ neſcio vtrū opera
mea placuerūt deo an nō: ꝛ ideo nō ſum
ſecurus donec veniā ante eum. Item iſte
timor eſt qui multū bonos cruciat de pre
ſenti Timent enim cōtinue ne in aliquo
opere forte oculos ſue maieſtatis offen/
dant: ſicut famulus diſciplinatus aſſi/
ſtens coram regia maieſtate eſt in timo/
re continue. Exemplū de Job. ix. Vere/
bar omnia opera mea ſciens ꝙ non par/
ceres delinquēti. Ad hunc timorē videť
inuitare pſ. dicit. Seruite dn̄o in timo/
re. Innuens per hec verba ꝙ in ipo ope/
re ſeruitij ſemper timere videmus. Item
iſte eſt qui etiaꝫ eos multū cruciat de fu/
turo: qꝛ nō ſunt certi. quin forte finaliter
cadant in aliquā eius offenſaꝫ: qꝛ neſcit
homo finem ſuum. Eccl'ia. ix. Exemplū
de ſene qui audiens caſum alterius ſan
cti viri timens illud de ſe dixit cōdolen/
do illi et timendo ſibi. Ille heri: ego ho/
die. Iſte eſt qui eoſdeꝫ multū cruciat de
occultis. Sciunt em̄ ſm apl'm. i. Corin/
thioꝝ. iiij. ꝙ ꝗuis non ſint ibi in aliquo
cōſcij de peccato. tamen nō ideo iuſtifica
ti. ꝛ ideo timent ne aliquod occultū ha/
beant quod deo diſpliceat. Exemplū de
dauid qui ſic timens exclamauit dicens
Delicta quis intelligit: ab occultis meis
mūda me dn̄e. Item iſte eſt qui facit eos
aſſidue ſollicite ſe mundare de maculis
venialibus: exemplo ſponſe que ſollicite
purgat ſe ab omnibꝫ imundicijs: etiam
que credit ſponſo diſplicere. Et hoc eſt
quod dicit apoſtolus. ij. Corinthio. vij.
Perficientes ſanctificationeꝫ in timore
dei. hec eſt enim ꝑfecta ſanctificatio cum
non ſolum a maioribꝫ: ſed etiam a mino/
ribus anima ſanctificať. Iteꝫ iſte eſt qui
frequenter facit timere offenſam. vbi nō
eſt. Grego. Bonarū mentium eſt ibi cul/
pam agnoſcere: id eſt timere vbi culpa
non eſt. Exemplū in hiſtoria tripartita.
libro. vij. Vbi dicit: ꝙ cum iulianus apo
ſtata imperator feciſſet in quodam ma/
gno feſto ante ſe ipm poni vaſa: vt more
imperiali ad honorem ſuuꝫ thus impo/
nereť: fecit ad hoc vocari quoſdā chriſtia
nos idolis iuxta occultatis: qui cum ſim
plici animo ad honoreꝫ impatoris thus
proieciſſent: nihil de illis idolis ſcientes
improperarūt eis idolatre ꝙ thus ido/
lis ſacrificaſſent: quod illi aduertētes ex/
clamauerūt petentes ſibi dextras ampu
tari: licet nihil feciſſent in reuerentiā ido
lorum. Iſte eſt timor qui omne malū ex/
cludens ꝓpter euꝫ: non dimittit quin dei
faciat volūtatem. Eccleſiaſtici. xxxiij.
Qui timet deum nihil trepidabit ꝛ non
pauebit. Timentis dominū beata eſt a/
nima eius. Et ſequiť: Oculi domini ſu/
per timentes eum. Et. i. cap̄. Timor do/
mini gloria ꝛ gloriatio ꝛ leticia ꝛ corona
exultationis. Timor domini delectabit
cor. Timenti deū bene erit in extremis:
ꝛ in die defunctionis ſue benediceť. Ti/
mor domini expellit peccatū. nam qui ſi/
ne timore eſt non poteſt iuſtificari. Et. ij
capitulo. Qui timent dominū: inquirēt
que beneplacita ſunt illi: ꝛ qui diligunt
eum replebunť lege ipſius. Qui timent
dominū cuſtodiūt mandata illius: ꝛ pa/
tientiam habebūt vſqꝫ ad inſpectionem
illius dicentes. Si penitentiā non ege/
rimus: incidemus in manus dei: ꝛ nō in
manus hominū. Et pſ. Beatus vir qui
timet dominū: in mādatis eius cupit ni/
mis. id eſt valde. Iſte igiť timor eſt filia/
lis quo nihil derelinquiť eoꝝ qui perti/
nent ad ſalutem. Exemplo Thobie. i. c.
qui nec propter timorem mortis nec re/
rum dimittebat mortuos ſepelire. Dā/
nati vero hoc timore caruerunt: ꝛ ideo ti
more ſeruili perpetuo timebūt. Creden/
dumqꝫ eſt ꝙ ad maiorem cumulum ſue
damnationis timor ꝛ terror tantus quo
pauebūt in cōſpectu iudicis ſemper ma

nebit in eis Cogita q̄to timore terretur
latro videns iudicē volentē eum ad mor
tem condēnare: ſed vere maiori timore ſi
ne cōparatione timebūt damnati viden
tes iudicem ſcꝫ chriſtū eos condēnantez
ad ꝑpetuam inferni penam: ⁊ dicentē il/
lud Math. xxv. Diſcedite a me maledi
cti in ignem eternū qui pa. eſt diabolo et
angelis eius. Timebūt ſecūdo damna/
ti cuneum fraternū. i. ſocietatē tot dāna/
torū hominū: quia vt dictum eſt pluries
multuz affligent̄ ex tanta ſocietate: ſicut
timēt incarcerari cū multis alijs ex qui/
bus ſciunt penum carceris augmentari
Nā ſi ponerēt̄ plures infirmi fetidiſſimi
⁊ calidiſſimi ī vno carcere: tūc q̄to plr̄es
eēnt tāto plus timerēt hi q̄ illic eſſent po
nendi: ſic erit de carcere infernali: immo
etiā homines damnati tam erunt horri/
biles ad videndū ꝙ vnuſquiſqꝫ pauebit
alium videre. Unde ſicut homo defigu/
ratus vel mortuus q̄ttuor vel quinqꝫ die
bus infert timorē magnū: ita vt etiā aliq̄
quaſi perdāt ſenſum ⁊ maxime inopina
ta viſione alicuius terribilis: ſic damna
ti ex viſione mutua maxime timebūt ad
augmentuz ſue damnationis. Iſai. xiij.
Unuſquiſqꝫ ad proximū ſuum ſtupebit
facies combuſte vultus eorum: et Eccl'.
xxi. Pauor operantibus iniquitatē. De
iſto pauore etiam dictum eſt in ſexta pe/
na corporali: videtur tamē magis timor
pertinere ad penam ſpiritualē q̄ corpo/
ralem: q̄uis etiaz pauore ſiue timore rei
viſe corporaliter ſenſus immutent̄ patiē/
do: ſed ille timor ſpiritualis poterit ma/
gis cauſari ex viſione anime turpiſſime
ex deformitate peccati. Legimus eni in
vitis patrum ꝙ cum quidā ſenex ambu
laret per heremū adiunxit ſe ei angelus
in ſpecie humana. Cum aūt veniſſet ad
quoddā cadauer ſene obturāte nares ſu
as ꝓpter fetorez angelus non obturauit
Euntibus illis vltra obuiauerūt cuidā
iuueni: angelo autē obturante nares ſe/
nex non obturauit: qui dixit angelo. In
p̄ſentia cadaueris nares nō obturaſti et
in p̄ſentia iuuenis obturas. Unde hoc:
dixit ei angelus. Iſti fetores corporales
non ledūt nos: ſed peccata hominū illa
fetēt nobis. Unde tollerabilius fetet ca
nis putridus hominibus q̄ anima pec/
catrix angelis In inferno igit̄ vbi anime
ſe mutuo videbūt ſiue intelligēt nō obſtā
te corpore vna infert alteri ⁊ fetorem ⁊ ti
morem. Et iſta pena timoris debet̄ illis
qui hic ꝓpter hominū timorē ⁊ verecun
diam dimittūt bene agere ⁊ saluti ſue ꝓ
uidere Et iſte dici poteſt timor human⁹
quo ducti homines magis eligunt ma/
lum anime q̄ corpis: ſimiles illi de quo
dicit̄ ꝙ eundo ad foruz portabat ſotula/
res in collo magis eligens ledere pedes
q̄ ſotulares: magis em̄ aliqui timent ꝑ/
dere bona rerum mundanaruz q̄ corpo
ris imo q̄ anime Quot cōmittunt pecca
ta etiam pro vno denario iurando et per
iurando deus nouit. Contra hunc timo
rem dicit chriſtus Math. x. Nolite time
re eos qui occidūt corpus: animā aūt nō
poſſunt occidere. Sed potius eum time
te qui pōt aiam ⁊ corpus ꝑdere in gehē/
nam. Iſte igit̄ eſt malus timor: ⁊ ideo du
cit ad alium maiorē timorē. Tu em̄ ſcis
q̄ta pena ſit eſſe in timore alicuius hoīs
Credo em̄ ꝙ oēs aliq̄n aliquē timuerūt
⁊ ex inſperato territi ſunt: ⁊ ſi ille terror ſi
ue timor duraret: nunq̄ȝ in hoc mundo
gauderēt Cogita igit̄ q̄ȝta pena ſit dam
natis eſſe in ꝑpetuo pauore ⁊ timore alio
ruz dānatoꝝ. Tertia pena timoris erit
ex viſione demonū. Et licet etiā ſit dictū
de viſione demonū in ſexta pena corpora
li: verūtamē etiā videbunt̄ ſpiritualiter.
Unde ſicut aie beatoꝝ videbunt deum
clare: ⁊ eo fruent̄ ⁊ gaudebūt: ita aie dā/
natorū videbūt demones per intellectū:
⁊ iſta viſio ſpiritualis eis infert magnuz
timorē. Experimur em̄ ꝙ nominatio ei⁹
infert timorē: q̄ȝto magis eius viſio ſpi/
ritualis. Et iſta pena erit his qui nolūt
eum hic timere ſed acquieuerūt ſuis tē/
ptationibus ⁊ cōſilijs ſuoꝝ ſequēdo ma
las ſocietates: ita ꝙ nec habuerūt timo/
rem ſeruilē: qui eſt cū quis nō amore iu/
ſticie: ſed timore gehenne vel alterius pe

ne abſtinet a malo vel facit aliquod bo/num. Talis fuit pharao qui cū flagellabatur dimittebat pplm:ſed qñ tollerabatur nec dñm cognoſcebat nec populū dimittebat:ſicut patet Exodi.ca.vlti. Talis fuit anthiocuſ qui infirmitate flagellatus orabat dñm.ij.Mach.ix. Ubi dicitur. Sup̱be locutus eſt venturū ſe hieroſolymā ⁊ cōgeriē ſepulchri iudeoꝝ eū facturū: ſed qui vniuerſa conſpicit dñs deus iſrael p̱cuſſit eum inſanabili ⁊ inuiſibili plaga:ita vt corpore impij vermes ſcaturirēt odore etiā illius ⁊ fetore exercitus grauaret̃: ⁊ cū nec ipe iam fetorem ſuū ferre poſſet ita ait. Juſtum eſt ſubditum eſſe deo ⁊ mortalē nō paria deo ſentire. Orabat autem hic ſceleſtus dñm a quo nō eſſet miſcdiam cōſecuturus:⁊ ciuitatē ad quā feſtinās veniebat vt eam ad ſolum deduceret:nō optat liberā reddere. Et ibi multa p̱miſſa ⁊ vota ponuntur. Et ſequit̃ in fine capituli. Jgit̃ homicida ⁊ blaſphemus peſſime p̱cuſſus:⁊ vt ipe alios tractauerat p̱egre in montibus miſerabili obitu vita functus eſt. Et hoc quia ſolo timore pene mouebat̃. Tales erūt iudei plures qui timore pene legē ſeruabāt:quib; xpiani multū vident̃ peiores qui nec timore nec amore ſeruāt legem quā amore ſeruare deberēt Sz alij timore ſeruili ſunt ſicut pirate qui videntes tempeſtatē faciūt vota confitent̃ ⁊ p̱mittunt mirabilia:ſed ſtatim ceſſante tempeſtate redeūt ad ludos ⁊ blaſphemias ⁊ alia mala cōſueta. Tales ſunt iterū ſimiles porcis ⁊ canibus qui percuſſi fugiunt de domo ad horam:ſed ſtatim reuertunt̃ ⁊ faciūt tedia cōſueta. Jtem ſunt ſimiles cuidā ruſtico trufatori: de quo dicitur:ꝙ cum duceret vaccam ⁊ vitulū ad montē ſancti michaelis inter fines britanie ⁊ normanie et videret venire fluxus maris exclamauit dicens. O beate michael libera me ⁊ dabo tibi vitulum. Liberatus autē dicit ſic. Beatus michael bene erat fatuus ſi credebat ꝙ darem ei vitulū meū. Et ecce iteꝝ fluxus quaſi inuoluens eū ⁊ exclamauit dicēs. O beate michael libera me ⁊ p̱mitto tibi vaccam ⁊ vitulū. Liberatus aūt dixit. O michael michael nec vitulū nec vaccam habebis. Cum autē ſic quaſi ſecurus incederet:ecce iterum fluxus inuoluens ⁊ ſuffocans eum ⁊ vaccā ⁊ vitulū. Sic multi in neceſſitatibuſ aut infirmitatibus multa p̱mittunt ꝙ ſcz bene viuent reſtituent ſi habēt de alieno:vota faciunt:ſed ſani vel poſt periculū nihil faciunt:⁊ ideo quādo credunt ſecure viuere ſup̱uenit mors et inuoluunt̃ cū ſuis peccatis in infernū: quia nec ſe emendauerūt nec reſtitutionem fecerūt:aut vota ſoluerunt: iuxta illud.i.Theſſa.v. Cum eñ dixerunt pax et ſecuritas:tunc repētinus eis ſuperueniet interitus ſicut dolor in vtero habētis ⁊ non effugient. Et ibi loquit̃ aplus de die iudicij dicēs. Dies dñi ſicut fur: ⁊ ita in nocte veniet. Et poteſt etiam intelligi de die mortis. Notādū aūt ꝙ iſte timor ſeruilis ẜm ſe nō eſt peccatū ſicut mūdanus ⁊ humanus. Non eñ eſt malū in ſe cauere a peccato p̱pter timorē pene: ſed tamē ſemp̱ eſt cū peccato. Unde Augu. ſuper illo verbo. Confige timore.t.c.me. dicit de tali. Uiuit in homine peccandi voluntas:⁊ ſequeret̃ opus ſi ſperaret̃ impunitas. Conſtat autē ꝙ peccādi voluntas peccatū eſt p̱pter hoc dicit̃.i.Joh.iiij. Timor non eſt in charitate:quia charitas excludit peccatū. Et ideo cauere a malo timore pene tantū attribuit̃ malis cauere autē a peccatis amore iuſticie attribuitur bonis iuxta illos verſus oratij. Oderunt peccare mali formidine pene. Oderūt peccare boni virtutis amore:talis timor non facit euadere penas quas timet. Exemplū de duobus ſocijs clericis de qbus dicit̃ ꝙ ſe multū diligētes dixerunt ad inuicē ꝙ qui primo moreret̃ rediret ad alterū ſi poſſet. Factū eſt autē vt alter moreret̃ facta confeſſione ⁊ recepto viatico cū fletu. Poſt aliquot vero tempus apparuit ſocio: ⁊ q̄ſiuit ſocius quomodo ei eſſet ⁊ reſpondit ꝙ male: q2 damnatus erat. Et ſocius. Nunquid profuit tibi confeſſio viaticum ⁊ lachrime quas

effudiſti in extremis. Et ille. Non quia
oia feci, ex ſolo mortis timore. Ideo dici
tur Prouerb. xi. Juſticia liberabit a mor
te: ipſa eſt eñ ſola que facit euadere viſi-
onem demonũ hmõi timor nõ facit time
re filiũ dei: ⁊ per cõſequẽs heredẽ regni
Nõ ergo timeamus deuꝫ ſolo tali timo
re: ſed magis filiali: de quo prius dictuꝫ
eſt vt euadere valeamus timorẽ illum pe
nalẽ quo demões videbunt̃. Quarta pe-
na timoris erit in dãnatꝭ ꝓpter penas ve
hementes quas patient̃. Quantũ time-
res ſi videres ignem in quo oporteret te
tenere digitũ per horam: et magis ſi per
diem: ⁊ adhuc magis ſi totũ corpus per
annũ ⁊ corpus tuuꝫ deficere nõ haberet
Cogita autẽ ſi potes quãto timore dam
nati timent qui ꝑpetuo et ſine fine tantũ
⁊ talem ignẽ patient̃: de quo igne dictuꝫ
eſt in prima pena corporali. Et non ſolũ
ignem ſed ⁊ frigus intenſiſſimũ et alias
penas de quibꝫ dictũ eſt. Quantũcꝫ eniꝫ
ſtent in inferno damnati ille pene nõ mi
tigabunt̃: quia in inferno nulla eſt redẽ-
ptio: nulla penarũ alleuiatio: ⁊ ideo cum
quanto timore poſiti ſunt in inferno tan
to timore ſemꝑ timebũt. O deus quãta
pena eſt iſta. Sciũt eñ pauperes chriſti
ꝙ̃ timent predones ⁊ raptores. Videa
mus igitur chariſſimi quomodo iſtuꝫ ti
morẽ poterimus euadere. Certe euade-
mus ſi de timore ſeruili tranſeamus ad-
initialẽ ⁊ filialẽ: quod ſic fit. Cum pecca
tor audit p̃dicari penam eternã et terri-
tus abſtinet a malis ſolum vt vitet penã
timet ſeruili timore: ⁊ non eſt adhuc iu-
ſtus ꝙ̃uis abſtineat a peccato quia ſi nõ
eſſet pena quã formidat: nos abſtineret a
peccato: ⁊ ideo in eo eſt amor peccati ra-
dicaliter. Iſte dum abſtinet a malis aſ-
ſueſcit ſe bonis: ac per hoc incipit ama-
re bonum ⁊ delectari in illo: quod cum ce
pit amare expelleret̃ amor peccati: quia
nõ patiunt̃ ſe ſe amor iuſticie ⁊ amor pec
cati: ſimul etiam expellet̃ timor ſeruilis
qui ſolam penã timuit: ⁊ iam cũ charita
te incipit eſſe timor inicialis qui adhuc
vnum oculũ habet ad penam: ſed alterũ
habet ad offenſaꝫ ne cõmittat. Interim
bene agendo creſcit charitas: ⁊ ſimul cũ
hoc creſcit timor offenſe ⁊ diminuitur ti
mor pene: donec totus intuitus animi ſit
ad offenſam nõ ad penam: ⁊ tunc eſt ꝑfe
cta charitas: ⁊ tunc expellit̃ timor inicia
lis ⁊ ſuccedit filialis cuius vſus in p̃ſen-
ti eſt reuereri ⁊ timere ne offenſa fiat. Ne
ergo incurramus timorẽ tantarũ pena-
rum ſaltẽ habeamus timorẽ inicialẽ ad
quẽ incuriendũ dicit Joh. bap. Math.
iij. Videns multos phariſeoꝝ ⁊ ſaduce
orũ venientes ad baptiſmũ ſuum dixit
eis. Progenies viperarũ quis demõſtra
uit vobis fugere a ventura ira. Facite er
go fructũ dignum penitẽtie: iam enim ſe
curis ad radicẽ arboris poſita eſt. Om-
nis ergo arbor que nõ facit fructũ bonũ
excidetur ⁊ in ignẽ mittet̃. Qui poſt me
venturus eſt fortior me eſt cuius ventila
brũ in manu ſua ⁊ ꝑmundabit aream ſu
am: ⁊ cõgregabit triticũ ſuum in horreũ
paleas autẽ comburet igni inextingui-
bili. Iſte habet duas alas que date ſunt
mulieri ad volandũ in deſertũ penitẽtie
Apocal. xij. Duo p̃dicti timores ſcꝫ pe-
narum offenſe multas animas fecerunt
volare ad penitentiã. Exemplũ de thay-
de meretrice de qua dicit̃ ꝙ tãte pulchri-
tudinis extitit ꝙ multi ꝓpter eam vendi
tis ſubſtãtijs ſuis ad vltimã paupertatẽ
deuenirẽt: ſed ⁊ amatores ſui pre zelo illi
us litibus inter ſe ↄſertis frequẽter thay
dis limina ſanguine replebãt: quod cuꝫ
audiſſet abbas pannũcius ſumpto habi
tu ſeculari ⁊ vno ſolido profectus eſt ad
eam in quãdã egypti ciuitatem: deditcꝫ
ſolidũ quaſi pro mercede peccandi. Illa
accepto p̃cio ait illi. Ingrediamur ſimul
in camerã. Cuncꝫ ingreſſus eſſet ⁊ lectũ
precioſis veſtibus ſtratũ aſcendere mi-
naret̃ dixit ad eam. Si eſt interius cubi-
culum in ipm eamus. Illa autem dixit.
Eſt quoddã cubiculũ vbi nullus ingre-
ditur. Si vero deum times nõ eſt locus
qui deitati eius abſcondat̃. Qꝫ cũ ſenex
audiſſet dixit ei. Et ſcis eſſe deum. Que
reſpondit. Scio eſſe deum ⁊ regnũ futu

ri ſeculi: necnon ⁊ tormenta peccatoꝝ: di
xitq; ei. Si ergo noſti cur tātas animas
ꝑdidiſti. Et nō ſolum pro tua: ſed ꝓ il/
lorū reddituram ratione damnaberis. Il/
la vero audiens ꝓuoluta ad pedes eius
cum lachrimis orabat dicens. Scio eſſe
penitentiā pater et cōfido remiſſionē te
orante ſortiri: tantū peto tribus horis in
ductas: ⁊ poſt hec quo iuſſeris ibo: que/
cunq; preceperis faciā. Cunq; locum il/
li abbas cōſtituiſſet vbi venire deberet: il
la collectis oībus q̄cunq; ex peccato lu/
crata fuiſſet platiſq; in medio ciuitatis
populo ſpectāte igne combuſſit clamās:
venite omnes qui peccaſtis mecum ⁊ vi
dete quomō oīa que ꝯtuliſtꝫ mihi exu
ram. Erat autē ꝑcium auri librarū qua/
dringentarū. Que cū oīa incendiſſet ad
locum quē abbas cōſtituerat ꝑrexit quā
ille receptā virginū monaſterio in cellu/
lam paruā recludēs: oſtium celle plum/
bo ſignauit et paruā reliquit feneſtram
per quā ei victus inferret. Iuſſitq; ei om
nibus diebus parum panis et paululū
aque miniſtrari. Cum autē ſenex deſcē/
deret ait ad eum Quo iubes pater vt ex
naturali meatu aquā meam fundā: ait
ille. In cella ſicut digna es. Cunq; iterū
quomodo deberet adorare inquireret:
ait. Non es digna nominare deum neq;
in labijs tuis nomē trinitatis adducere
ſed nec ad celum manus extendere: quo
niā labia tua iniquitate plena ſunt ⁊ ma
nus tue ſordibus inq̄nate: ſed tantūmo/
do incumbēs cōtra orientē reſpice hunc
ſermonē frequēter iterans. Qui plaſma
ſti me miſerere mei. Cū ergo tribus an/
nis fuiſſet incluſa condoluit abbas pan/
nuncius ⁊ profectus ad anthoniū vt re/
quireret ſi deus remiſiſſet illi peccata: et
narrata cauſa Anthonius cōuocatis di
ſcipulis ſuis precepit eis vt illa nocte vi/
gilantes in oratione ꝑſiſterent ſigillatī:
quatenus alicui ex his declararet deus
cauſam pro qua pannucius abbas vene
rat. Cū ergo inceſſanter oraſſent abbas
paulus maior diſcipulus anthonij vidit
ſubito lectū in celo precioſis veſtibus or
dinatū quem tres vigines clara facie cu
ſtodiebāt Cunq; paulus ille diceret glo
riam illam tantū eſſe anthonij. Vox au
tem diuina reſpōdit. Non eſt patris tui
anthonij: ſed thaydis meretricis. Quod
cum mane paulus pannucio dixiſſet cū
gaudio diſceſſit: ⁊ mox ꝓfectus ad mo/
naſterium oſtium celle aperuit. Illa ve/
ro rogabat vt adhuc maneret incluſa:
dixit autē ei. Egredere quoniā dimiſit
tibi deus peccata tua. Et illa reſpondit
Teſtor deum quia ex quo huc ingreſſa
ſum ex oīmibus peccatis meis feci velut
ſarcina: ⁊ ſtatui ante oculos meos ⁊ ſicut
non receſſit anhelitus de maxillis meis
ſic non diſceſſerunt peccata mea ab ocu/
lis: ſed flebam ſemꝑ illa ꝯſiderans. Cui
abbas dixit. Non propter penitentiā tu
am remiſit tibi deus peccata tua: ſꝫ quia
hunc timorē ſemper habuiſti in animo.
Et cum inde illā adduxiſſet. xv. dies ſu
peruixit ⁊ pauſauit in domino. O deus
meus quid nos faciemus de tot peccatis
noſtris ſuper quibus nihil timemus: di/
xiſti enim dn̄e ſicut dicitur Matth. xxi.
Amen amen dico vobis quia publicani
⁊ meretrices precedent vos in regnum
dei. Hoc videmus verū in ſancta thay
de ⁊ ſequamur ſi timorem habuerimus
Iſte dicitur initialis: quia eſt iniciū ſapi
entie. Eccle. i. Et in pſ̄: Qui timet deū
faciet bona. Eccleſia. xv. Sapiētia vero
eſt nō in cognitione boni ⁊ mali: ſed etiā
in reprobatione mali et electione boni.
Item dicitur initialis quia eſt in incipi/
entibus bene agere vt cōmuniter. Hoc
timore igitur penas inferni euademus: et
reuerentialē obtinebimus in patria: de
quo dicitur in pſ̄. Timor dn̄i ſanctus per
manet in ſeculū ſeculi: de non habentibꝰ
hic timorē homini in charitate ⁊ nō cog
noſcentibus deū ei ſuper omnia obedi/
endo dicitur in themate. Conuertātur in
infernū omnes gentes ⁊c̄.

Eptima pena ſpi
ſ
ritualis in dānatis erit certi/
tudo ſue damnationis. Q̄ꝫ

pena terribilis ſcire ꝙ nunq̄ꝫ ceſſabūt a
tanta tribulatiōe: ꝙ nunq̄ꝫ melius habe
bunt. Scis enī q̄ꝫtum ſunt triſtes q̄ ſunt
certi ꝙ adiudicati ſunt morti Et dānati
certi erūt ꝙ ſunt adiudicati eterne morti
ꝑpetuo tam grauiſſime punitōi O deus
meus q̄ꝫta fatuitas ꝓ momētanea dele/
ctatione velle incurrere ꝑpetuā dānatio/
nem. Hec cōditio igiꝛ ꝑpetuitatis mul/
tū aggrauabit. Erūt igiꝛ certi de q̄tuor.

Primo ꝙ iudex nō reuocabit ſententiā
ſuam.

Secūdo ꝙ bene agēdi nunq̄ꝫ obtinebūt
q̄ꝫq̄ꝫ potentiam.

Tertio certi erūt ſocietatis maledicti e/
ternaliter.

Quarto loci infernalis punientis hor/
ribiliter.

Primo igiꝛ erūt certi ꝙ iudex ⁊c̄. Un
de hoc: Certe ex ſnīa ꝓlata q̄ꝛ iudex di/
cet ſnīam ꝓferendo: vt diciꝛ Math. xxv
Diſcedite a me maledicti in ig. eter. qui
para. e⁊ diabolo ⁊ angelis eius. Et ſeq̄/
tur in fine capituli. ⁊ ibūt hij. ſ. qui a ſini/
ſtris eius erūt in ſuppliciū eternū. Juſti
autē in vitā eternā. glo. Fruſtra ergo ori
genes ſpondet liberationē poſt multos
annos malis hoībꝫ ⁊ ipis demonibꝫ. Ui
des ergo quō iudex ſnīam dat: vt eterna
liter puniānꝛ. Et ibi poniꝛ eternū. ſ. a par
te poſt ꝓ ꝑpetuo. Cōſidera igiꝛ ꝙ iudex
nunq̄ꝫ reuocabit ſnīam ſuā: ⁊ de h̄ erunt
certi dānati. Nūc vero ſumus incerti de
ſnīa illa an ferēꝛ ꝯtra nos vel nō: ſed ſen/
tentia ꝓ regno. ideo inq̄t btūs Pe. ij. pe.
c. i. Quapropter fratres magis ſatagite:
vt ꝑ bona opera certā veſtrā vocationē ⁊
electionē faciatꝫ Hec em̄ faciētes nō pec
cabitis aliq̄n. Sic enī abūdanter mini/
ſtrabiꝛ vobis introitus in regnum celoꝝ
dn̄i nr̄i ſaluatoris ieſu xp̄i. Sunt enī ali/
qui fatui qui dicūt ꝙ deus non erit adeo
durus vt in eternū puniat. Cōtra quos
ait idem apl̄s. c. ij. eiuſdē epl̄e. Fuerūt ve/
ro ⁊ pſeudo ꝓphete in ꝓplo ſicut ⁊ in vo/
bis erūt magiſtri mēdaces qui introdu/
cent ſectas ꝑditiōis. Et ſequiꝛ. Si enim
angelis peccantibꝫ nō pepercit: ſed ruē/
tibus inferni detractos in tartarū tradi/
dit in iudiciū cruciādos reſeruari ⁊c̄. Et
ſequiꝛ. c. i. Hanc ecce vobis chariſſimi ſe
cundā ſcribo epl̄am in quibꝫ veſtrā exci/
to in cōmonitiōe ſincerā mētē vt memo
res ſitis eoꝝ que p̄dixi verboꝝ a ſanctis
ꝓphetis ⁊ apl̄oꝝ ſanctoꝝ p̄ceptoꝝ dn̄i et
ſaluatoris. Hoc primū ſciētes ꝙ veniēt
in nouiſſimis diebꝫ in deceptōe illuſores
iuxta ꝓprias cōcupiſcētias ambulantes
dicētes: vbi eſt ꝓmiſſio aut aduētus eius
Ex quo em̄ patres dormierūt omnia: ſic
ꝑſeuerant ab initio creature. Et ſequiꝛ:
Non tardat dn̄s ꝓmiſſionē ſuā: ſed pa/
tienter agit propter vos nolens aliquos
perire: ſed omnes ad penitentiā reuerti:
aduenieт aūt dies dn̄i: vt fur ꝓpter quod
chariſſimi ſatagite imaculati ⁊ inuiolati
ei inueniri in pace ⁊ lōganimitatē dn̄i no
ſtri ſalutē arbitramini. Nolite igiꝛ dubi
tarē: q̄ꝛ vere ita erit ſicut ſcriptura loqui
tur: nam nō volūtate humana allata eſt
aliquādo ꝓphetia: ſed ſpū ſancto inſpirā/
ti locuti ſunt ſancti dei hoīes. Ut igitur
iſtā ſententiā ipis dānatis certā. ſ. ꝙ nun
q̄ꝫ reuocabiꝛ poſſumus euadere: labore/
mus ad bene agēdū: q̄ꝛ credūt multi ſal
uari qui dānabunꝛ. Unde legimꝰ in vi/
tis patrū ꝙ abbas ſiluanus: cum factus
fuiſſet in exceſſu mētis corā fratribꝫ ⁊ re/
diſſet ad ſe flebat valde: Et interrogaue
rūt eum fratres q̄d haberet. Abbas aūt
ille tacebat ⁊ flebat. Cum aūt inſtarēt vt
diceret q̄d haberet: dixit Ego ad iudiciū
dei raptus fui: ⁊ vidi q̊ſdā de habitu nr̄o
exeūtes ad tormēta: quoſdā vero de ha/
bitu ſeculari eūtes ad regnū. Et idē eſt
q̄d dr̄ Mat. vij Multi dicēt mihi in illa
die: dn̄e dn̄e nōne in nomie tuo ꝓphetaui/
mus: ⁊ in noīe tuo demonia eiecimꝰ: ⁊ in
noīe tuo virtutes multas fecimꝰ. Et tūc
ꝯfitebor illis: q̄ꝛ nunq̄ꝫ noui vos: diſcedi
te a me oēs q̄ opamini iniq̄tatē. Si aūt
ꝓphete ⁊ fugātes demones ⁊ miracula fa
cientes: tunc repellenꝛ quis pōt eſſe q̄ de
ſe nō dubitet. Incertꝰ eſt igiꝛ q̄ſq̄ꝫ de le/
ge cōmuni: de illa ſnīa de qua certi erūt
dānati: etiā ꝙ executio illius erit perpe/

tua. Eſt em̄ magna ꝯſolatio cum habet᷑
ſpes de miſcd̄ia iudicis ⁊ de reuocatiōe
ſue ſentētie: ſed hoc nō erit tunc qꝛ modo
eſt tēpus miſcd̄ie tūc erit tēpus veritatis
⁊ iuſticie Leo papa in veritate iudicabit
te qui in veritate te redemit. Hec pena
debet᷑ illis qui nolūt credere ſacre ſcrip-
ture ⁊ deo: ſed dicūt nos iſta adinueniſſe
in timorē peccatoꝝ. Tales ſunt peſſimi
⁊ falſi chriſtiani qui cōtradicūt euāgelio
⁊ per ꝯſequēs deo ⁊ eccleſie ⁊ articulo fi
dei orthodoxe. in quo dicit᷑. Inde ſcꝫ de
celo venturus iudi. vi. ⁊ mor. Tales be-
ne vellēt ꝑpetuo ſaluari ſed ſine labore ⁊
certamine: cū tamē dicat apl's. Nō coro-
nabit᷑ niſi qui legitime certauerit. Cū er
go dicant vitā beatā eſſe eternā: q̄re etiā
nō credunt penā in mortē eternā. Et q̄ꝫ-
uis ſint multe rationes ⁊ auctoritates ṕ
us circa hoc allegate: nūc tamē aliq̄ ad-
dunt᷑: Per ſe notū eſt inquit cōpilator li-
bri de virtutibꝫ ꝙ qui addit ſuꝑ peccatū
ſuū cōtumaciā ſeu impenitentiaꝫ auget
peccatū ſuuꝫ ⁊ penā: ⁊ q̄ꝫtum durat in in
iuria debet durare ⁊ pena Quia ergo exi
ſtens in inferno addit ſuꝑ peccatū ſuuꝫ
cōtumaciā vel impenitentiā: nulla em̄ ve
ra pnīa vel emēdatio eſt apud inferos: ſi
cut dicendū eſt magis in pena ſequēti et
tamdiu durat iniuria q̄ꝫdiu ei nō emēda
merito ſemꝑ durabit ipius pena Et hāc
mouet q̄ſtionē petrus diſcipulus grego-
rij ipſi gregorio in. iiij. dia. di. Scire veliꝫ
quomdo iuſtū ſit vt culpa que cū fine ꝑ-
petrata eſt ſine fine puniat᷑. Gre. Hoc re
cte dicet᷑ ſi diſtrictus iudex nō corda ho-
minū ſed facta penſaret. Iniqui em̄ non
cum fine dereliquerunt: que cum fine vi
xerūt: nam voluiſſent vtiq̄ꝫ ſi potuiſſent
ſine fine viuere: ſine fine peccare ſicut ſa-
tis dictum fuit prius in pena corporali.
Ad hoc propoſitum vide pulcherrimaꝫ
reſolutionē in ſancto Tho. i. ij. q. lxxxvij.
ar. iij. ⁊ infra. Et. iiij. ſen. diſ. xlij. arti. iij.
quo q̄rit: vtruꝫ ex diuina iuſticia inferat᷑
pctōribꝰ pena eterna. Et ſic patet ꝙ ſen-
tentia iudicis erit irreuocabilis de quo
certiſſimi erūt ipſi damnati que certitu-
do erit ſuprema pena. Secūda erit pena
certitudinis in hoc ꝙ bene agēdi ⁊c. Q
q̄ꝫta pena erit ſe ſcire certitudinaliter ṕ-
uatos eē illa poteſtate: qua potuiſſent lu
crari regnū celoꝝ ſi voluiſſent. Tunc au
tem poterūt ꝙ potuiſſent hic faciliter et
de hoc erunt certi. Et hec pena dabit᷑ il-
lis qui hoc nō fecerūt quādo potuiſſent
Tales ſunt qui nō habēt fidem certam
aut ſi habēt fidem illa eſt mortua. Ubi
notandū ſicut dicit᷑ in ſumma de virtuti
bus. c. de fide ꝙ tria exigunt᷑ ad bene ope
randū: ſcire: poſſe: ⁊ velle. Et qꝛ in intenti
one operatiōis prior ē finis his que ſunt
ad finem ⁊ ſm naturā finis ſumunt᷑ ea q̄
ſunt ad finē ideo in operādo ea que ſunt
ad deum ⁊ ſalutē noſtrā neceſſe habemꝰ
finis bonitatē cognoſcere ⁊ deſiderare: ⁊
aliquā fiduciā obtinēdi habere vt ſcꝫ co
gnoſcamus quo debemus tēdere ⁊ veli
mus venire ⁊ ſperemꝰ poſſe ꝑuenire. Nō
em̄ temptāda ſunt que oīno effici nō poſ
ſunt: vt ait ſapiēs. Fide bonitatem finis
agnoſcimus: charitate deſideramus: ſpe
fiduciā obtinendi habemꝰ. Et qꝛ ſcire ē
diminutū in vi rationali ⁊ poſſe in iraſci
bili ⁊ velle inordinatū in cōcupiſcibili:
iō fides eſt ſupplemētē cognitionē in rō-
nali: Spes ſupplementū fortitudinis in
ira ſcibili ⁊ charitas ē ordīatiua volūta
tis in cōcupiſcibili. Fide agnoſcimus ſu
pernū bonū ſiue ſummū bonū eſſe bonū
ſe cōmunicās ex qua cognitione due affe
ctiones oriunt᷑ ſcꝫ ſpes ex eo ꝙ cognoſcit᷑
liberaliſſimus bona ſua cōmunicādo: et
deſideriū ex eo ꝙ cognoſcit᷑ eſſe bonum
quo nihil melius poteſt deſiderari. Bo-
num em̄ eſt qđ deſiderat᷑ ab oībus vt ait
beatus Dyoniſius: ⁊ ſm ariſto. Omnia
bonum exoptant. Uita hominis abſq̄ꝫ
lumine fidei vaga eſt neſciēs quo tendat
Ioh. xij. Qui ambulat in tenebris neſcit
quo vadat. Homo abſq̄ꝫ fide ad molaꝫ
iſtoꝝ temporaliū circuit ad modū ſamſo
nis exoculati. Iudic. xv. eterna nec cog-
noſcens nec cupiens. pſ. In circuitu im-
pij ambulāt. Et in lib. dicte ſalutis dici
tur. Ad hoc ꝙ fides ſit cōmendabilis de

bet habere tria ſcꝫ veridicā confeſſionē:
magnificā deuotionē: ⁊ catholicā ꝓfeſſio
nē. Primo igitur fides dꝫ hr̄e veridicā ↄfeſ
ſionē vt veruꝫ dicat: ne aliud credat: aliť
viuat vt ſ. fides ſit viua nō mortua: vera
nō ficta. Res em̄ mortua nō ē res ſed eq̇
uoce: ſicut hō mortuuſ nō eſt homo. Res
em̄ ficta ꝓprie nō eſt dicēda res: ſicut leo
pictus non eſt leo: denarius de auricalco
nō eſt verus denarius q̇ debet eſſe de au
ro. Tales ſūt falſi ⁊ ficti xp̄iani: de quo
dicit apl̄s Titū. i. Cōfitenť ſe noſſe deū:
factis aūt negant. Tales ſunt ſicut chi/
mera q̄ eſt res ficta ⁊ tñ nihil eſt in rerū
natura. Fides veridica eſt ſic viuendo ſi
cut credit Secūdo debet habere magni
ficā deuotionē in tribus. Primo vt in ſo
lo deo confidat etiā ſi natura vel rō con/
tradicat. Talē fidem habuit abraā qui
vetulus de vetula ⁊ ſterili cōtra oēm ra
tionē credidit deo ꝓmittēti ꝙ haberet ſe
men in quo bñdicerenť oēs gentes. Vñ
diciť Geñ. xv. Credidit abraam deo ⁊ re
putatū eſt ei ꝓ iuſticia. Scdō fides ē ma
gna ſi in aduerſitate nō deficiat ſꝫ plus
inualeſcat: de qua dicit ſaluator Math.
xvij. Si habueritis fidem ſicut granū ſy
napis ⁊c̄. Granū ſynapis q̄to plus teriť
tāto fortiꝰ viget. Talis fuit fides mar/
tyrꝝ q̇ vt diciť heb. xi. ꝑ fidē vicerūt regna
ludibria ⁊ verbera inſuꝑ ⁊ vincula ⁊ car
ceres: de hac fide diciť. i. Joh. v. Hec eſt
victoria que vincit mundū fides noſtra
Talē nō habuit petrus qui vidēs ventū
validū timuit ⁊ ſtatim merſus fuit: cui ⁊
ſaluator dicit Mat. xiiij. Modice fidei
q̄re dubitaſti. Sic multi vidētes ventuꝫ
validū tribulati ſtatim titubāt ⁊ mergū
tur in mari deſperationis qd̄ eſt mortuū
in quo nil poteſt viuere. Tertio eſt fides
magna ſi ꝓpter dilationem homo petere
non deſiſtat quod ſibi ꝓmiſſum eſt ſcꝫ re
gnum ⁊ bene operando ⁊ orando. Talē
fidem habuit mulier cananea: que q̄tū/
cunq̄ꝫ fuiſſet a chriſto repulſa nunq̄ꝫ qui
euit a prece quouſq̄ꝫ fuit exaudita. Vn/
de dicit matthei. xv. O mulier magna ē
fides tua: fiat tibi ſicut petiſti: quia vul/
go diciť. Quod differť non offerť. Item
fides debet habere ꝓfeſſionem catholicā
Unde catholica ꝓfeſſio chriſtiana conti
net: xij: articulos qui in ſymbolo apoſto/
lico ↄtinenť Eſt tamē aliud credere deo:
aliud credere deum: aliud credere in de
um. Credere deo eſt credere veruꝫ quod
dicit: credere deū eſt credere ip̄m eſſe: cre
dere in deū vt dicit Augu. eſt credendo
amare credendo in eum per amorē ire: ⁊
eius mēbris incorporari ⁊ tales ſunt qui
eius p̄cepta cuſtodiūt. Talis fides eſt q̄
poſſumus mereri vitam eternā: ⁊ qua dā
nati potuiſſent ſi voluiſſent: tunc aūt nō
poterūt quia erunt extra ſtatū merendi.
Cōſidera q̄ta pena eſt alicui et triſticia
qui ꝓpter ſuum defectū ꝑdidit ſuam he/
reditatē: et eſſet maior triſticia ſi ꝑderet
vnum regnū. Sic maxima erit triſticia
ip̄is damnatis qui ꝓpter ſuam malā vo
luntatē: ⁊ quia non fuerūt veri fideles et
boni chriſtiani ꝑdiderunt gloriā ⁊ pati/
enť tam grauiſſimas penas et certi erūt
ꝙ nunq̄ꝫ amplius habebūt tale poſſe q̄/
le habuerūt. Tertia pena erit quia erūt
certi ſocietatis maledicte ⁊c̄. q̄tū ſit gra
ue homini eſſe in ſocietate que diſplicet
notū eſt ⁊ plus eſt moleſtū ſi talis ſocie/
tas inferat penam. Et ſi quis eſt certus
ꝙ in tali ſocietate ſemꝑ deberet manere
multū eſſet triſtis: ſic quidā dānati certi
erunt de illa ſocietate videlicet ꝙ cū de/
monibꝫ ⁊ alijs damnatis ꝑpetuo mane/
bunt in qua ⁊ ex qua ſocietate multū af
fligenť vt dictū eſt prius in multis penis
corporalibus ⁊ ſpiritualibꝫ. O deus q̄/
ta tribulatio q̄ta triſticia ⁊ pena ſtare ꝑ
petuo in tali ſocietate tam fetida tā igni
ta ⁊c̄. Ubi erunt ſocietates huius mun/
di: vbi prandia ⁊ cōuiuia in quibus fiūt
tot exceſſus ⁊ in ꝟbis ⁊ in cibis: vbi cho
ree in quibuſ tot mala cōmittunť: vbi ſo
cietates ludentiū ⁊ bibētiū in tabernis.
Certe ex talibus mūdanis ſocietatibus
ꝓpter peccata ibidem cōmiſſa mortalia
ibunt hoīes ſi ſic moriunť in illis pecca/
tis ad illam ſocietatē infernaleꝫ. Fugite
igitur chariſſimi tales mundi ſocietates

# erit certitudo ſue damnationis

vt vitetis ſocietatē damnatoꝝ: ſocietatē plurimū non oportet ſequi. Unde ponitur ad hoc exemplū in legēda ſanctorū: cum quidā rex cū deberet baptizari: ⁊ iā vnū pedem haberet in lauacro: alterū retrahens interrogauit: vbi nā plures maiorū ſuoꝝ eſſent in inferno vel paradiſo. ⁊ audiēs plures eſſe in inferno intinctū pedem retrahēs: ſanctius eſt inq̄t plures q̄ꝫ pauciores ſequi: ⁊ ita ludificatus eſt a demone ꝑmittente ſibi ꝙ tertia die incomparabilia bona daret: ſed ipſe quarto die ſubita ⁊ eterna morte perijt. Sic multi malūt ſequi ſocietates fatuoꝝ q̄ꝫ bonoꝝ ⁊ volunt magis ire cū illis qui vadūt ad infernū q̄z cum illis qui vadunt ad paradiſum. Sed vere ſocietas que hic eis fuit grata in inferno erit triſtis et ingrata. Quarta pena erit certitudo loci infernalis. Scitis eñ q̄ztа pena eſt eſſe in loco fetido vel inhoneſto: ⁊ hanc penā alleuiat ſpes exeundi a tali loco: ſed quādo nō eſt ſpes de exitu talis loci tunc eſt grauiſſima: Cogita q̄ztus eſſet dolor ſi adiudicatus eſſes ꝑpetuo ſtare in latrinis q̄ztū eſſes triſtis: igiť penſa. Et vere locus inferni vt iam dictū eſt erit inhoneſtior: fetidior: horribilior: ⁊ grauiorē penā inferens omnibus locis mundi vt ſciēt per experientiā damnati a quo ſcient etiā ſe nunq̄z exituros. O deus q̄ztum timere debent homines huius mūdi qui ꝓpter loca cito tranſitoria ſcz ꝓpter domos edificandas ⁊ acquirendas caſtra ⁊ maneria: terras ⁊ alia loca multa peccata cōmittunt. Naz alij rapiunt caſtra ⁊ dominia alterius per violentiam: vt patet in guerris. Alij ſubtrahunt per fraudes hereditates aliorū ſcilicet diuites a pauperibus. Alij ampliāt terras ⁊ prata ſecreta ſignorum diuiſionis inter proximos admonentes quo omnia dānabilia ſunt dicente propheta Iſai. v. Ve qui coniungitis domum ad domum ⁊ agrum agro copulatis vſqꝫ ad terminū loci: nūquid habitabitis vos ſoli in medio terre: certe cito moriemini: nec vlterius in his locis morabimini. Ubi ergo in inferno ſi in peccato mortali moriamini: ꝓpter quorum locorū acquiſitionē nō tantum ipſi damnanť ſed etiā ſucceſſores. Exemplū quidā miles defunctus in dextrario nigerrimo apparuit: de cuius naribus fumus ⁊ flamma ꝓcedebant apparuit inquam tectus pellibus ouinis ⁊ mollem terre geſtans in humeris. Cui ciuis cui apparuit ait. Eſtis vos dñs fridericus: rñdens: e illo ego ſuz adiūxit: vnde venitis ⁊ quid ſignificāt iſta que video. Ego inquit in maximus penis ſuz: pelles iſtas a tali vidua abſtraxi quas modo ardentes ſentio. Similiter partē cuiuſdam talis agri mihi vēdicaui iniuſte cuius nūc pondere ꝑmor: ſed ſi filij mei iſta reſtituerent: penaz meā multū alleuiarēt: ſicqꝫ euanuit. Audiētes autē filij verba patris ab illo maluerūt eum in pena remanere q̄z ꝑdicta reſtituere: imo etiā illa iniuſte detinere: ⁊ ſic cōſequēter damnari. O quot ſunt tales filij qui malūt patres in penis ⁊ in illo loco etiā ꝑpetuo dānari q̄z reſtituere: etiā ſi pro tali reſtitutione ſcirēt illos ſaluādos: imo malūt damnari ipſimet q̄z reſtituere vel loca iſta vel alias res. Exemplū in lib. de dono timoris. Sacerdos quidā vſurariū mouebat de ſalute anime ſue q: grauiter infirmabatur: dicebatqꝫ ſibi tria fore neceſſaria ſcz dolore de preteritis: ⁊ plene confiteri de peccatis: ⁊ reſtituere pro poſſe. Et ille duo prima libenter faciam: ſed tertium quomodo facerem nihil mihi neqꝫ filijs meis remaneret. Et ſacerdos: ſine hoc non potes ſaluari. Et ille: dicūt ita ſapientes ⁊ ſcripture. Ita vere dicit ſacerdos. Et ille. Et ego volo probare vtrum dicant verum: quia non reſtituā. Et ſic mortuus eſt magis timens paupertatē preſentem q̄z futuram penaz in loco illo viliſſimo O inſania ceteris rebus admiranda qui videt ſe in exitu huius mundi ⁊ non curat ſibi prouidere de loco futuro perpetuo: ꝓ certo talis nō habet fidez ꝙ ſit infernus quē fidelis vere credit eſſe ideo dicitur de tali ⁊ ſibi ſimilibus. Conuertantur in infernū ⁊c.

# Octaua pena ſpiritualis

Ctaua pena ſpiritualis erit defectus cōſolationis: ꝛ licet alibi ſit dictum de hmōi defectu: tamē alius eſt defectus cōſolationis corporalis: alius defectus cōſolationis ipſius aīe. Nam vt videmꝰ aliqui cōſolanẜ corporaliter qui nō ſpiritualiter ꝛ ecōuerſo: ꝗuis deſolatio aie redūdet in corpus ꝛ ecōtra vt dictū eſt in pncipio penarū ſpiritualiū: ꝗta igitur pena dānatis erit qui conſiderabūt a nullo ſcʒ nec a deo nec ab aliqua creatura cōſolari aut cōfortari in tam maximis penis: ſed erunt in inferno poſiti q̄ſi amplius nulla

cut cōſulebat mulier. Job eidem dicens. Benedic deo ꝛc. i. maledic. Tantū eniʒ abhorret diuinā maledictionē ſacra ſcriptura: vt loco maledic poſuerit benedic: vt quidā dicunt. Sed ſequitẜ. In oībus ſcʒ afflictionibꝫ nō peccauit Job labījs ſuis. Glo. Duobus modis labījs peccamus: cum iniuſta dicimus vel iuſta tacemus: ſed iob neqꝫ cōtra ferientē ſuperba dicit. Nec cōtra ſuadentē recta tacuit patientiā habuit deo grās agens: ſapiētia coniugē arguēdo docens. Patientia aūt ꝛ ſapiētia magna ſunt dei dona. Sic: patet ꝙ ꝗtumcꝫ qs affligaẜ in hoc mundo in aliquo poteſt ꝯſolari per patientiā ſal

cipio penarū ſpiritualiū: ꝗta igitur pena dānatis erit qui conſiderabūt a nullo ſcʒ nec a deo nec ab aliqua creatura cōſolari aut cōfortari in tam maximis penis: ſed erunt in inferno poſiti q̄ſi amplius nulla
cipio penarū ſpiritualiū: ꝗta igitur pena dānatis erit qui conſiderabūt a nullo ſcʒ nec a deo nec ab aliqua creatura cōſolari aut cōfortari in tam maximis penis: ſed erunt in inferno poſiti q̄ſi amplius nulla
cipio penarū ſpiritualiū: ꝗta igitur pena dānatis erit qui conſiderabūt a nullo ſcʒ nec a deo nec ab aliqua creatura cōſolari aut cōfortari in tam maximis penis: ſed erunt in inferno poſiti q̄ſi amplius nulla
cipio penarū ſpiritualiū: ꝗta igitur pena dānatis erit qui conſiderabūt a nullo ſcʒ nec a deo nec ab aliqua creatura cōſolari aut cōfortari in tam maximis penis: ſed erunt in inferno poſiti q̄ſi amplius nulla
net corpus q̄diu viuimus ne ex cōtrari/
etate elementoꝝ diſſoluaᷣ: ⁊ virtute etiā
anime motiue corpus in altuꝫ eleuatur:
⁊ tanto amplius q̄to virtus motiua for
tior fuerit. Manifeſtum eſt autē q̄ tunc
anima perfecte virtutis erit quādo deo
per viſionē coniungeᷣ. Non igitur debet
graue videri ſi tunc virtutem anime cor
pus ab omni corruptiōe ſeruetur imune
⁊ ſupra quacūq̄ corpa eleueᷣ. Nec etiaꝫ
huic ꝓmiſſioni diuine impoſſibilitatem
affert q̄ corpa celeſtia frangi nō poſſunt

## Prima gloria anime

vt ſuper ea corpa glorioſa ſubleuent᷑: qꝛ
a virtute diuina hoc fiet vt corpora glo/
rioſa ſimul cū alijs corporibus eſſe poſ/
ſint: cuius rei iudiciū in corpore xp̄i pre/
ceſſit duꝫ ad diſcipulos ianuis clauſis in
trauit. Hec ſcꝫ Tho. De hoc ergo reg/
no nobis ꝓmiſſo dicit᷑. Venite benedi/
cti patris mei ⁊c̄.

ſ **Ed qꝛ gloria cor**
poris erit ex redundātia glo/
rie ipſius aīe ſpecialiter: ideo
ꝯ̄ſequenter dicendū eſt de gloria ipſius
anime que erit in decem.

Primo erit dei nr̄i clara cognitio.
Secundū eiuſdēq; tota dilectio.
Tertiū ꝑpetua ac firma tentio.
Quantū verū gaudiū ⁊ leticia.
Quintū omniū rerum abundātia.
Sextum honor magnus inſuperabilis.
Septimū animarū decor mirabilis.
Octauū completa pax interminabilis.
Nonū ſatietas deſiderabilis.
Decimū felicitas inuariabilis.

Sed quid dixi. x. cuꝫ dicat᷑ in fine libri
de compēdio veritatis theologice ꝙ tot
ibi ⁊ tanta ſint gaudia ꝙ oēs ariſmetri/
ci huius mundi nō poſſent enumerare:
oēs geometrici nō poſſent ea menſurare
oēs grammatici dyaletici ⁊ rethorici nō
poſſent ea ſermonibꝫ explicare: quia ocu
lus nō vidit nec auris audiuit ⁊c̄. Dixi
ergo decem ad aliquā ꝯſolationē nr̄am
exhortationē ⁊ deſideriū inflammandū
vt ſic virtuoſe hic viuamus vt ibi ꝑueni
re valeamus. Ut autē oſtēdit doctor ſan
ctus in. iij. ꝯtra gentiles. ca. xxiij. finis cu
iuſlibet rei eſt in qḋ terminat᷑ appetitus
eius. Appetitus aūt cuiuſlibet rei termi
nat᷑ ad bonū. Si eñ philoſophi diffini/
unt bonū Quod oīa appetūt. Finis igit᷑
omniū eſt bonū. Dicit etiā. ca. xxiij. ꝙ co
gnitio diuina finis vltimus hominis eſt
⁊ cuiuſlibet itellectualis ſubſtātie. Joh.
xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te
ſolū verum deū: ⁊ quē miſiſti ieſum chri
ſtū. Finis igit᷑ intellectus ⁊ bonuꝫ eſt ve
rum ⁊ per ꝯ̄ſequēs vltimus finis ꝑmiū
verū. Eſt ergo vltimus finis homīs cog
noſcere deuꝫ. Hec ille Petrus de acqui
la in. iiij. ait. Finis cuiuſlibet rei habētis
eſſe ab alio eſt duplex ſcꝫ finis cuius ⁊ fi
nis quo. Finis cuius ⁊ exterior eſt deſide
rabile ꝑfectū: ſed finis interior ſiue quo
eſt opatio mediā: e qua ꝯ̄iungit᷑ res ipſi
p̄ncipio. Et qꝛ beatitudo ſm omēs eſt fi
nis rationalis creature ideo ꝯ̄formiter
diſtinguit᷑ duplex beatitudo ſcꝫ vna inte
rior formalis et cāta ſcꝫ vltima operatio
ꝑfecta ad quā poteſt beatificabilis na/
tura attingere. Alia eſt beatitudo exteri
or obiectiua ⁊ increata ſcꝫ vnus deus et
trinus: ⁊ iſta vocat᷑ beatitudo obiectiua
quia ex iſta in tali beato beatitudo cau/
ſat᷑. Secundū ꝙ dicit bea. Augu. i. de do
ctrina xp̄iana. Res que nos beatos faci
unt ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſctūs: bea
titudo autē formalis ꝯ̄ſiſtit in ꝯ̄iuncti
one cū obiecto nobiliſſimo. Hec ille. O
q̄tum gaudiū videre clare tam ꝑfectiſ/
ſimū obiectū. Cogita q̄tum gaudet ho
mo videre rem pulcherrimā quā multū
deſiderabat videre: ſed vere nihil eſt vel
quaſi nihil de viſione cuiuſcūq; rei crea/
te q̄tumcunq; pulchre ⁊ gaudio eius in
ꝯ̄paratione ad illaꝫ viſionē ſiue intelle
ctionē beatā. Hec autēꝫ viſio clara erit
de quattuor. Nam.

Primo videbunt deum in quē prius cre
diderunt.
Secundo videbunt ſanctos que tanta
bona meruerunt.
Tertio videbunt peccata que antea cō/
miſerunt
Quarto videbunt infernum ꝙ pruden/
ter euaſerunt.

Primo igit᷑ videbūt deuꝫ ⁊c̄. De qua
viſione ait beatus Augu. in lib. de tripli
ci habitaculo. Sicut eñ per ſpeculū vi/
treum trina nobis viſio miniſtrat᷑: quia
nos ipōs ⁊ ſpeculū ⁊ quicqḋ eſt prius vi/
demus. Sic ſpeculū diuine claritatis et
ipm̄ deum videbimus q̄tū poſſibile eſt
creature: ⁊ noſmetipōs ⁊ ceteros vera et
certa ſciētia cognoſcemus. Tunc iuſtis
manifeſtū erit ꝙ vnus ex vno natus ſit al

ter ex duobus ꝓceſſit: ⁊ quō pater nō pre ceſſit filiū tēpore ⁊ origine: nec ſpiritū. ſ. ⁊ quō mundus erat in deo antecꝫ in me metipſo eſſet mundus. Tūc videbūt ſuas aīas ⁊ virtutes intimas ⁊ ſpiritus angelicos. Hec Augu. Albertus mag. in ſacramētali. Tanta inq̄t erit ſciētia ꝙ ꝑteritoꝝ ꝑſentiū ⁊ futuroꝝ nihil latebit: ⁊ plus ſciet vetula q̄libet in illa gloria q̄ꝫ oēs clerici ⁊ philoſophi ſcire potuerūt in hac vita. i. Coꝝ. xiij. Videmus nūc per ſpeculū in enigmate: tūc autē facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tūc autē cognoſcā ſicut ⁊ cognitus ſuꝫ Glo. Nūc eñ imagines veritatis per fidē videnᷓ: tunc res ipſa vel ſpeculū eſt aīa in cuius aliquo modo deum cognoſcimus: ſed in enigmate. i. obſcure: tūc autē videbimus facie ad faciē. i. manifeſte a ſimili vultu ſe intuentiū: Eſt eñ quedā viſio huꝰ tēporis. Erit altera futuri. Iſta per fideꝫ: illa erit per ſpem. Et nūc nō alij ſolū ſed etiā ego cognoſco ex parte. i. obſcure imꝑfecte. Tunc aūt cognoſcā ſicut ⁊ cognitus ſum. i. videbo ꝓmiſſa ſicut videor a ꝓmittēte. i. cognoſcā deum ſicut ⁊ ipſe me cognouit. O q̄ꝫ iocundū erit habere claram noticiā taꝫ ꝑfectiſſime nature. Nos eñ experimur hic ꝙ dum videmus aliquē bonū clericū ⁊ ſapientē multū vellemus habere ſciam illius: ⁊ dicimꝰ. Utinam talis poſſet mihi dare ſciam ſuā dū morieᷓ ⁊ ego ſuperuiuā. Sciētia aūt de deo clare nota maior erit omī ſciētia hominis huius mūdi. Unde btūs Augu. xxij. de ci. Deus ita nobis erit cōſpicuus vt videaᷓ ſpiritu a ſingulis nobis in ſingulis nobis videaᷓ ab altero in altero videaᷓ: a ſemetiſpo in ſemetipſo videaᷓ: in nouo celo ⁊ noua terra: atcꝫ in omni que tunc fuerit creatura videaᷓ. Hec ille. Et breuitet ſicut intelligo vbicꝫ ⁊ in quocūq̄ꝫ videbiᷓ deus: ſicut ⁊ nunc angeli vbicunqꝫ ſint ſiue in celo ſiue in terra vident deū: ⁊ ita boni latronis aīa in inferno vidit deum clare ⁊ fuit beata: ſed hec viſio diciᷓ paradiſus dicēte xp̄o eidē Lu. xxiij Hodie mecū eris in paradiſo. In cōpendio veritatis theologice diciᷓ ꝑma dos aīe eſt cognitio qua diuina eſſentia videbitur ab oībus tota ſed nō totaliter. i. nō ꝓut eſt infinita. Videbiᷓ tñ diuina eſſentia limpidius ab vno q̄ꝫ ab alio: ſicut idē ſol diuerſimode a diuerſis aſpiciᷓ: vel eadeꝫ littera a diuerſis legiᷓ diuerſimode ſm ꝙ oculus magis vel minus eſt diſpoſitus. Nam inq̄ꝫtum vna potētia magis erit ꝑfecta in lumine glorie q̄ꝫ altera: tāto ꝑfectius opabiᷓ circa vnū ⁊ idem ſubiectū. Videbimus ergo deū in ſe ⁊ deuꝫ in nobis: ⁊ nos in deo: ⁊ deū in creaturꝭ: ⁊ creaturas in deo. Hec ibi Notandū tñ ꝙ eſſentiā vt infinitā oſtēdit beatis vt in qua ꝑmo et ꝑncipaliter cōſiſtit btitudo creatura aūt veſter in ipa nō niſi ex cōſequēti ⁊ comitāter. Vñ Aug. in. v. cōfeſſionū. Qui videt te ⁊ nō illa btūs eſt: qui videt alia ⁊ nō te nō ꝓpter hoc btūs: qui videt te ⁊ illa nō ꝓpter hoc beatior: ſed ꝓpter te ſolū beatus. Et videᷓ aliq̄bus ꝙ intellectus creatus poſſit ꝓficere in cognitoꝝ multitudine circa creaturas viſas in eſſentia diuia abſcꝫ ꝓfectu eius in cognitionē eſſentie diuine: q2 per cognitionē illarū in diuina eſſentia nō augmētaᷓ eſſentialis beatitudo: nec ꝑ illoꝝ ſubtractionē diminuiᷓ: tñ aliq̄s modus beatitudinis ꝯſiſtit in creaturis. Vñ Augu. Nō cognitis ideis nemo ſapiēs pōt eſſe Nota etiā ꝙ deus illabiᷓ ipis beatis ſm familiariſſimā intimitatē. Illapſus tamen dei duplex eſt: vnus eſſentie dei in eſſentia aīe: ⁊ hoc illapſu cōſeruat eaꝫ in eſſe: et ſic illabiᷓ oī creature intimādo ſe eſſentie illius inq̄ꝫtum deus intimior eſt cuilibet creature q̄ꝫ ipa ſibi. Sic aūt nō beatificat: q2 ſic omī creatura eſſet beata Alius illapſus dei eſt vt obiecti in bene eſſe aīam ꝑficiētis: ⁊ ex iſta intimitate nihil apparet niſi q̄ſi deus. Sicut ferrum candēs in igne lucet ⁊ ardet vt ignis: ſic ꝙ nō apparet aliud eſſe q̄ꝫ ignis ⁊ hoc eſt ex penetratione ignis in ferrū. Illabiᷓ ergo deus in potentiā intellectiuā ⁊ ipam purgando amplius illuminat vt videat clariꝰ. Et hec ſunt mira ⁊ intellectu diffi

cilia pro ſtatu iſto. Hec autē viſio beata
ſuccedit fidei per quā meremur ad hanc
clarā viſionē ꝑuenire. Jn lib. de virtutibꝫ
Ex fide cū fidei rectitudine quaſi ex ꝑfe
cta argumētatione vita eterna infertur.
Ex fide cum vite prauitate mors eterna
concludit̃. Et Bern̄. in ſermone de vigi
lia dn̄i. Jlluminemus nobis lumē ſcien/
tie priuſq̄ de huius mūdi tenebris tran
ſeamus ne de tenebris trāſeamus ad te/
nebras ſempiternas. Que eſt aūt iſta ſci
entia. Profecto ſcire: q̄ȝ veniet dn̄s: et ſic
quādo veniet ſcire nō poſſumus at ſi q̄s
iſta ſcientia eſt omniū. Quis eīn neſciat
vel noīetenus fidelis q̄ȝ venturus eſt iu/
dicare viuos ⁊ mortuos et reddere vni/
cuiq̄ iuxta opera ſua. Sed vere nō om/
niū iſta eſt ſed nec multoꝝ. Paucoꝝ eſt:
quia reuera pauci ſunt qui ſaluant̃. Pu/
tas q̄ȝ cū illi qui male fecerint exultāt et
letant̃ in rebus peſſimis vt ſciāt vel reco
gitent q̄ȝ veniet dn̄s. Si dixerint ipſi tu
noli credere: q̄ȝ qui dicit ſe noſſe deum et
mādata eius nō cuſtodit mēdax eſt. Nō
eīn ita ſe oīni impuritate polluerēt ſi do/
minū venturū fore ſcirēt: ſed formidarēt
⁊ vigilarēt vtiq̄ nec ſinerēt taȝ grauiter
ꝑfodi domū ſeu ꝯſciētias ſuas. Sciētia
autē illa in p̄mo gradu operat̃ penitudi/
nē ⁊ dolorē: ⁊ riſum in luctū cantū in plā
ctum ⁊ gaudiū in merorē cōuertit vt inci
piant tibi diſplicere que vehemēter ante
placuerāt: ⁊ illa ſpecialiter horreas ſ q̄ ſpe
cialiter appetebas. Jn ſecūdo vero gra/
du operat̃ correctionē vt iam nō exhibe/
as membra tua arma iniq̄tatis pctō ſed
coherceas gulā: iugules luxuriā: ſuꝑbiā
deprimas: ⁊ facias ſeruire ſanctitati cor
pus qd̄ ante ſeruierat iniquitati. Penitu
do eīn ſine correctione nō ꝓdeſt. Qui eīn
baptizat̃ a mortuo ⁊ iterū tangit eum ni
hil ꝓficit lauatio eius: ſed hec diuitꝰ ha/
beri nō poſſunt niſi circa ſe multa circū/
ſpectione mens nr̃a indefeſſa vigilet ⁊ at
tendat. Jn tertio gradu operat̃ ſollicitu/
dinē vt iā incipiat ſollicitus ambulare
cū deo ſuo: et ex oī parte ſcrutet̃ ne vel in
[illegible]uiſſima re tremende illius maieſtatis

offendat aſpectus. Jn penitudine atten
ditur in correctione ardet: in ſollicitudi
ne lucet ⁊ interius ⁊ exterius renouatur
Hic iam reſpirare incipit a tribulatiōe
malorū ⁊ dolore ⁊ timoris magnitudinē
ſpūali leticia tēperare ne ſuorū enormi/
tate ſcelerū abundantiori triſticia abſor
betur. Hinc ⁊ ſi timet iudicem ſperat in
ſaluatore: cum iam in aīo timor ⁊ leticia
obequitēt ⁊ obuient ſibi. Pleruq̄ timor
leticiā ſuperet. Leticia ſepe timorē exclu
dat. Et infra ſui gaudiȷ̈ archanū felix cō
ſciētia in luctamine hmōi indeſinēter cō
ficit̃ donec qd̄ mortale eſt abſorbeat̃ a vi
ta donec euacuet̃ timor qui eſt ex parte ⁊
ſuccedat leticia quod perfectū eſt: q̄ȝ non
timor ſempiternus ſed leticia ſempiter/
na erit. Hec ille Hec eſt igitur fides cui
ſuccedit viſio clara De hac eſt articulus
dicens. Credo vitā eternā. Jdeo qui ha
bet fidē de vita eterna ſollicitꝰ debet eſſe
quō illi ꝓuideat. Si cū tāta ſollicitudine
ꝓuidet̃ huic miſere vite de qua nemo ce
tus eſt ꝑ diē q̄ta ſollicitudo debet eſſe ꝓ
uidēdi illi vite de q̄ certus eſt ꝙ erit eter/
na. Et ſi dicat̃ ꝙ vnus eſt interitus hoīs
⁊ iumētoꝝ. Eccle. iij. Dicendū eſt ſicut
Gre. ꝙ Salomō in illo libro diuerſas ꝑ/
ſonas in ſe ſuſcepit: ⁊ qn̄ dicit ꝙ mēs im
perita ſentit: vt in ꝟbo ꝓpoſito: qn̄q̄ ve/
ro ꝙ ratio bn̄ diſpoſita decernit vt eiuſdē
ſcȝ Quid habet āplius ſtulto ſapiēs niſi
vt pergat illuc vbi eſt vita. Et eiuſdē. q.
Corda filioꝝ hoīm īplent̃ malicia ⁊ ꝯtē
ptu ī vita ſcȝ ⁊ poſt hec ad inferos dedu/
cent̃. Et ſi dicat̃ iterū illō apl'i. i. ad Thy.
vi. vbi dicit̃ de deo q̄ ſolus hēt īmortali/
tatē. Rn̄deo ꝙ ibi īmortalitas ꝓ īmuta/
bilitate accipit̃ quā nō hēt creatura ꝑ na
turā ⁊c̄. Primū igit̃ premiū beatoꝝ erit
diuine eſſentie clara viſio: q̄ viſio clara vi
ſione obſcura acquirit̃: q̄ȝ ſcriptuȝ eſt in
pſ̄. Jn lumine tuo videbimus lumē. Se
cūda viſio ſiue cognitio erit illius ſacra/
tiſſime ꝟginis mr̄is dei marie: tot miliū
angeloꝝ ſctōꝝ ⁊ ſcāꝝ. O q̄s poſſet pēſa
re illiꝰ ſocietatis pulchritudinē decorē ⁊
ornatū. Sta ⁊ demorare ī hac cogitatōe

Nec hic loquor de viſione corporali: ſed
intellectuali que nobilior erit multo viſi
one illa corporali de qua dicet infra. Si
pulchrũ eſt videre regẽ aut reginã in de
core ſuo: quãto pulchrius erit videre illã re/
ginã celi in gloria celi: de qua ꝓpheta ait
xp̃o. Aſtitit regina a dextris tuis in ve/
ſtitu deaurato circũdata varietate. i. cha
ritate illa qua diligit a deo ⁊ deum dili/
git: ⁊ aliis virtutib' videbit ꝙ ipſa ſit ma
ter dei ⁊ quõ filiũ dei cõcipere meruit: pe
perit manens virgo: lactauit: nutriuit: ⁊
portauit: ac in paſſiõe aſſociauit: quomo
do per eã mundus redẽptus eſt: ⁊ ange
lica ruina reparata: quãtus honor illi a deo
ab oibus angelis ⁊ ſanctis exhibet: cogi
tet qui põt. Uidebit quõ ſit exaltata ſu/
per oẽs choros angeloꝝ: ⁊ breuiter tot ⁊
tanta mirabilia de ea cognoſcent: ꝙ mor
talis penſare nõ poſſet imo etiã oẽs or/
dines angeloꝝ cũ admiratione ipſam co
gnoſcent ⁊ videbũt. Uidebit etiã quili/
bet beatus nouẽ ordines angeloꝝ de qui/
bus dicit Dañ. vij. Milia milium mini
ſtrabãt ei: ⁊ decies centena milia aſſiſte/
bant ei. Ubi ait Nico. de lyra. Notandũ
ꝙ hic ponit numerus determinatus pro
indeterminato: quia angeli ſunt in maxio
numero nobis indeterminato. Quantũ
igit mirabile videre tot angelos. Sic re
gina ſabba: vt dicit. iij. Reg. x. videns ſa
pientiã ſalomonis ⁊ ordinẽ miniſtrãtiũ
veſteſqꝫ eoꝝ ⁊c. nõ habebat vltra ſpiritũ
vt diceret ad regem verus eſt ſermo quẽ
audiui in terra mea ſuper ſermonib' tuis
⁊ ſapiẽtia tua ⁊ nõ credebã narrãtib' mi
hi donec ipſa vidi oculis meis: quãto ma/
gis debemus credere eſſe mirabilius vi/
dere illius regis regũ ordinẽ ſibi aſſiſten
tium angeloꝝ. Quãta eſt cõparatio ſalo
monis ⁊ ſue domus ad domũ regis eter
ni. Certe quaſi nulla: imo nec ꝑtie poſ/
ſumus capere donec videamus illius do
mus eterne pulchritudinẽ: quid dicã de
viſione tot ſanctoꝝ et ſanctarũ de quib'.
Apoca. vij. Audiui numerũ ſignatorũ
centũ quadraginta quattuor milia ex omi tri/
bu filioꝝ iſrael. Ex tribu iuda ⁊c. Et ſe/
quit. Poſt hec vidi turbã magnã quã di
numerare nemo poterat ex oibus genti
bus ⁊ tribubus ⁊ populis ⁊ linguis ſtan
tes ante thronũ in cõſpectu agni amicti
ſtolis albis ⁊ palme in manib' eoꝝ. Ubi
hic ponit numerꝰ electoꝝ de iudeis: ⁊ po
ſtea de gentilib'. ibi. Poſt hec vidi. Et quia
pauciores fuerũt electi de iudeis: ideo po/
nitur certus numerꝰ ⁊ finitus ſcꝫ. cxliiij.
de gentilib' vero ponit numerus infini/
tus: tamẽ per hunc numerũ ſm vnã glo/
ſam intelligit numerus omniũ electoꝝ:
quia eſt certus ⁊ finitus deo. Poſtea po
nitur incertus numerus eorundẽ quia no/
bis eſt incertus. Itẽ abbas Joachim di
cit ca. ꝓpter ꝓmiſſam beatitudinẽ. In eo
enim trãſitura leua ad dexterã. xl. ꝓpter de/
calogi impletionẽ ⁊ euãgelici ſacramẽti
ſignificationẽ. iiij. ꝓpter virtutũ exercita
tionẽ: millenarius ꝓpter omnimodã ꝑfe/
ctionẽ. Unde mille eſt nomen vltimũ in
numeris nec eſt vltra ꝓprium nomẽ niſi
ſumptũ ex prioribus numeris. Uidere er
go tot ſanctos valde glorioſum eſt. Fugi
amus malas ſocietates ne tam grata ſo
cietate priuemur: trãſeamus cũ regina ſab
ba ab his terrenis ad cõtemplandã illã
celeſtẽ hieruſalẽ dicẽte Augu. in enchy/
ridion. Si cõſideremus fratres chariſſi
mi que ⁊ quãta ſunt que nobis ꝓmittun
tur in celis vileſcerẽt aio oia que haben
tur in terris. Et ſequit Que autẽ lingua
vel quis intellectus capere ſufficit illa ſuper
ne ciuitatis quãta ſint gaudia angeloꝝ
choris intereſſe cũ beatiſſimis ſpiritib':
glorie cõditoris aſſiſtere pñtẽ: dei vul/
tũ cernere icircũſcriptũ videre nullo mor
tis metu affici incorruptiõis munere le/
tari. Hec ille. Conſideret igit quis tãte
ſocietatis iocunditatẽ leticiã ⁊ gaudiũ
Si pulchra ſocietas huius mũdi bono/
rũ viroꝝ gaudentiũ et letantiũ letificat
aliquẽ ſm illud apli Gaudere cũ gaudẽ
tibus. Ro. xij. quãto magis viſio tante ſo/
cietatis ſcꝫ tot angeloꝝ ſanctoꝝ ⁊ ſancta
rũ erit glorioſa. Solus deus et hij qui hac
leticia pfruunt tm nouerũt gaudiũ. De
hac autẽ viſione beatifica loquit beatus

Aug⁹. in li. de triplici habitaculo dicẽs: In hac viſione trina ſcientia paſcit' ho/mo. Sicut enĩ p ſpeculũ vitreũ trina no bis viſio miniſtrat': q⁊ nos ipos ⁊ ſpeculũ: et quicq̃d preſens eſt videmus. Sic per ſpeculũ diem claritatis ⁊ ipm deũ vide/bimus q̃tũ poſſibile eſt creature: ⁊ nos/ipſos ⁊ ceteros vera ⁊ certa ſcientia cog/noſcemus. Tunc abdita creaturaꝝ ⁊ in/ferni videndo deũ videbim⁹: tunc iuſtis manifeſtũ erit quomodo deus eſt inuiſi/bilis: niſi per gratiã ſuꝑple incõparabi/lis: ⁊ ſine fine ante oĩa quicq̃d intereſt inter naſci qđ ad filiũ pertinet: ⁊ ꝓcedere quod ad ſpm̃ ſanctũ: excepto q̃ vnus ex alio nat⁹ ſit. alter a duob⁹ ꝓceſſit: ⁊ quo/modo pater nõ ꝓceſſit filiũ tempore: ſed origine: nec ſpiritũ ſanctũ. Hec Auguſt. Sed dixi tertio q̃ beati videbũt peccata que ante cõmiſerũt. Sed diceret quis: q̃/modo hoc erit verũ cum pctã eorũ ſint p cõtritionẽ ⁊ cõfeſſionẽ deleta ipo deo ſpe cialiter indulgente ⁊ illa remittente: ſi/cut orauit ꝓ pheta dicens: Et ſm multi/tudinem miſerationũ tu. dele iniq. meã. Si ſint ergo deleta quomõ videbunt': et a quo videbunt'. hoc eſt qđ ait Anſel. lib. de ſimilitudinib⁹ di. Quid eſt hoc pecca ta que feci ſcient oẽs. Ad hoc ea cõfeſ/ſus ſum vt delerent': vt nulli amplius pã derent'. Et reſpõdet ſub hijs verbis. Cũ tu in illa gloria ab omni criminuz ſorde purgatus vultui dei preſens aſtiteris. in gratus ne ei poteris eſſe ꝓ tanta miſeri/cordia quam tibi fecit remiſſis illis deli/ctis. Nõ inquies. Et vnde gratias ages ſi nihil eoꝝ vnde iure gratias illas debe as in tua memoria habes. vt igit' in illis laudib⁹ eternaliter iocũderis ſemper de quanta miſeria ſis erutus: vt puto coro/nam. i. gaudiũ habebis. Cum ergo ſin/guloꝝ cõſcientie ſingulis pateant cõfite/ri audeo: ea quoq; pctã cũctꝫ alteroꝝ pa/tere: ꝓ quoꝝ curatione tu deo gratioſus exiſtes aſſidue. nõ ad tuã cõfuſionẽ: ſed ad magnã dei miſericordiã: eiuſq; glori/ficationẽ: tuãq; ꝯgratulationẽ. Non em̃ ꝓ peccatꝫ maior cordis anguſtia premet: ſcelerum tuoꝝ magis pudebit q̃ȝ aliquẽ magis olim vulnerib⁹ ſauciũ: iamq; ab omni parte ſanatũ aboliti lãguoris mo/leſtia premit. Cum integra ſanitas: ꝑfe/cta mũdicia: plena remiſſio: ſecura oĩum offenſionũ impunitas: tibi certo artuſe/rit cognitio vel recordatio pctõꝝ tuorũ: in nullo tibi magis horreri vel ꝯfuſioni valebit q̃ȝ eſt modo beato Petro aplõꝝ principi abiuratio ſua cõtra xp̃m nega/uit. beate marie magdalene pctã ſua: et multis alijs quib⁹ mlta ſunt donata cri/mina. vnde ſuper hoc agnitis delictis ve lut enormi: ac feda ĩfirmitate pietas vir/tus ſapientia medici qui te ſanauit ſub/limius a cunctis admirabit': laudabit': ⁊ magnificabit'. Laus aũt ⁊ magnificẽtia glorie die: ſi bene aduertis tua gloria eſt Hec Anſel. Hoc quippe eſt qđ ait apo ſtolus Ro. ma. vi. Scimus qm̃ diligẽtib⁹ deũ oĩa cooperant' in bonũ: hijs qui ſm ꝓ poſitũ vocati ſunt ſancti. ſm ꝓpoſitum. i. ſm dei ꝑdeſtinationẽ vocati ſunt ſancti. vnde glo. interli. Scimus hoc qm̃ dili. deum. i. mãdata dei ſeruantib⁹ omnia ꝓ/ſpera ſiue aduerſa: ſiue etiã preterita pec cata cõuertunt' in bonũ. i. in eternã beati/tudinem: vt per excellentiã dictũ ſit qua/ſi bonũ bonoꝝ. Et ſi de peccatꝫ remiſſis a deo ſit gloria ⁊ iocũditas quid erit de meritis: vtiq; beatus gaudebit ſe virtuo ſe vixiſſe: ⁊ carnis mũdi ⁊ demonis tem/ptatões ſuperaſſe: ⁊ forte maius erit gau diũ ſe bona feciſſe q̃ȝ mala euaſiſſe. ⁊ ra tio eſſe poteſt: q⁊ ex bonis meritis acq̃ris gloriã illã ſempiternã: ſicut ex pctõ mor/tali acq̃ris dãnationẽ eternã. ⁊ q̃to plu/ra merita feceris: tanto amplius ꝑmia/beris dicente xp̃o Iohã. xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Do/mus pr̃is: ait Nico. de lyra. hic vocat' glo ria celeſtis in qua ſunt multi gradus et diſtinctiões: q⁊ q̃uis ſit idẽ obiectũ bti/tudinis nullã diuerſitatẽ hñs: tñ ex par/te btõꝝ eſt diuerſitas in ꝑcipiẽdo illđ ob/iectũ ſm varietatẽ meritoꝝ: q⁊ aliq̃ videt clarius ⁊ fruunt' ſm maioritatẽ habitus charitatis qui facit animã capacẽ btitu/

dinis Hec ille. Et reuera ſi hui⁹ glie ma
gnū haberem⁹ deſideriū conaremur ad
opa virtutū ⁊ meritoria. ſicut ſcti q̄ tātis de
ſiderijs conati ſūt hāc gloriā acq̄rere ie/
iunijs: vigilijs: orōnib⁹: ⁊ alijs opib⁹ cha
ritatꝫ. Et vere multū diligēter ꝓ hac glo
ria habēda laborare nos oportet attēta
ſolutiōe xp̄i Lu. xiij. facta cuidā ab eodē
xp̄o querēti. Dn̄e ſi pauci ſunt q̄ ſaluanꝰ
Jeſus aūt dixit: Contēdite intrare per
anguſtā portā: q̄ multi dico vobis que/
runt intrare ⁊ non poterūt. Vn̄ Nico. de
lyra ſup hūc textū dicit: ꝙ in penitētib⁹ ē
triplex difficultas ad opa virtutū. Vna
eſt ex corruptōe nature ꝑ pcc̄m ꝓmoꝝ pa
rentū: ex qua tanta eſt in humana natu/
ra ꝓnitas ad maluꝫ: ⁊ difficultas ad bo/
nū: ſm ꝙ dr̄ Gen̄. viij. Senſus ⁊ cogita/
tio humani cordis ꝓna ſunt ad malū ab
adoleſcētia ſua. Scd̄a difficultas eſt in
plurib⁹: q̄ ex pctīs p̄teritis cauſat⁹ eſt in
ipſis peccātib⁹ quidā habit⁹: vel ſaltem
diſpoſitio inclinans a pctā ſil'ia. Tertia
ex difficultate opis virtuoſi: q̄ virtus eſt
circa bonū ⁊ difficile: ⁊ ideo modus peni
tendi ad h̄ ꝙ ſit efficax debet cū magno
conatu fieri. Hec ille. Et hoc eſt qd̄ dr̄ a
xp̄o. Contēdite intrare ꝑ anguſtā portā
Et per hoc etiā ſoluiꝰ queſtio ꝓpoſita de
paucitate ſaluādoꝝ. nam pauci reſpecti
ue inueniunꝰ: ita feruide penitētes ꝙ nō
impedianꝰ ꝓpter dictas difficultates. iō
ſubdiꝰ: Multi querūt intrare ⁊ non po/
terunt: ⁊ iſti ſūt tepidi p̄dictꝫ difficilib⁹
impediti. Quapropter ait Petrus. ij. ca.
c. ij. Fratres magis ſatagite ꝑ bona ope
ra certā veſtrā vocationē et electionē fa/
ciatis. Nā q̄to plura bona feceritis ma/
ius gaudiū recipietis Ex cogitatōe igiꝰ
⁊ recordatōe pctōꝝ ꝑ dei miſcd̄iaꝫ indul
toꝝ: ⁊ operū bonoꝝ ſcti dei gaudebūt: et
hoc erit tertiū. Quarto bti videbūt infer
nū ⁊ penas dānatoꝝ quas prudēter eua
ſerūt. Vn̄ Rich. in. iiij. di. l. iij. q. iij. prin/
cipalis dicit. Sancti multo ꝑfectius vi/
dent penā dānatoꝝ q̄ꝫ dānati cognoſcāt
gloriā eoꝝ. q̄ bti penā dānatoꝝ vident
in verbo ⁊ clara in genere ꝓprie: eo ꝙ ta/
lis viſio eſt ad aliquā gloriaꝫ accidētale
eoꝝ: q̄ in vidēdo dei iuſticiā delectanꝰ.
iuxta illud ꝓphete. Letabiꝰ iuſtus cū vi/
derit vin. ma. ſ. la. in ſang. pec. Et illorū
penā in cōparatōe ad ſuā gloriā cōſide/
rantes deo grās vberiores agēt: nec eis
cōpatiunꝰ: nec cōpaſſione qui eſt paſſio:
q̄ talis nō eſt ſine aliqua pena: nec cōpaſ
ſione q̄ eſt motus electiuus: quo q̄s vult
aliū a miſeria liberari: q̄ bti nihil volūt
cōtrariū huic ꝙ vidēt deū abſolute vel/
le. vident autē velle ſimpliciter dānatos
in ſua pena ꝑpetua remanere. Hec ille:
Et hoc eſt qd̄ dicit mgr̄ eodē di. Sicut
inq̄t ſancti tradunt ⁊ boni malos ⁊ mali
bonos vident vſq; ad iudiciū. poſt iudi/
ciū vero boni videbūt malos: ſed nō ma
li bonos. Vn̄ Greg. Infideles i imo po/
ſiti ante diem iudicij fideles ſup ſe in re/
quie attendūt: quoꝝ gaudia poſt cōtem/
plari nō pn̄t. Hec ille: De hac aūt viſio/
ne btōꝝ reſpectu dānatoꝝ loquiꝰ mgr̄. e/
vlt. di. l. Poſtremo inq̄t queriꝰ: an viſa pe
na reproboꝝ decoloret glīaꝫ btōꝝ: an bti
tudinē eoꝝ ꝑficiat. De hoc ita ait Greg.
Apud animū iuſtoꝝ nō fuſcat btitudinē
aſpecta pena reproboꝝ: q̄ ibi iam cōpaſ/
ſio miſerie non erit btōꝝ munere leticiā
nō valebit. Et licet iuſtis ſua gaudia ſuf
ficiant ad maiorē gloriā videbūt penas
maloꝝ q̄s ꝑ grām euaſerūt: q̄ q̄ dei cla/
ritatē vidēt nihil in creatura agiꝰ qd̄ vi/
dere nō poſſint. Non eſt aūt mirandū ſi
ſcti iam imortales reprobos videāt mē
tis intelligētia: cum ꝓphete adhuc mor/
tales videre hec oīa meruerūt. Egredienꝰ
enī electi nō loco: ſed intelligētia vel vi/
ſione manifeſta ad videndū impioꝝ cru
ciatus quos vidētes dolore nō afficienꝰ:
ſed leticia ſatiabunꝰ: agētes grās de ſua
liberatōe viſa impioꝝ ineffabili calami/
tate. Vn̄ Eſa. ipioꝝ tormēta deſcribēs:
⁊ ex eoꝝ viſione leticiā bonoꝝ exprimēs
ait. Egredienꝰ electi ⁊ videbūt cadaue/
ra viroꝝ q̄ p̄uaricati ſunt in me: ⁊ erunt
vſq; ad ſatietatē viſionis oī carni. i. ele/
ctis. Hec magiſter: Quale aūt ⁊ q̄tum
erit iſtud gaudiū in cogitatiōe tot ⁊ tan/

carū penarū: licet tamen ſit gaudiū acci-
dentale: cogitet qui poteſt.

S Ecunda gloria a-
nime erit dei tota .i. pfecta di-
lectio. Tunc eñ illud pceptū:
Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo
ꝛ ex tota anima tua ꝛ ex tota virtute tua:
implebitꝛ quod ponitur Matthei .xxij. ꝛ
Mar. xij. dicitꝛ: ex to. c. t. ꝛ ex t. a. t. ꝛ ex to.
m. t. ꝛ ex to. vi. t. Et Deut. vi. dicitꝛ. Dili-
ges do. d. t. ex t. c. t. ꝛ ex to. a. t. ꝛ ex t. for. t.
Et Luce. x. idem habetꝛ ſub alijs verbis
cum dicitꝛ: Diliges do. d. t. ex to. c. t. ꝛ ex t.
a. t. ꝛ ex o. vi. t. ꝛ ex o. m. t. qꝛ mens ibi fer-
tur in deū totaliter ꝛ pfecte ꝙtum eſt ſi-
bi poſſibile: ꝛ ſine aliqua interruptiōe: et
hoc modo intelligēdo hoc pceptuꝫ dicit
Aug. ꝙ mādatū charitatꝫ ſolū implebitꝛ
in prima vbi erit charitas perfecta Ma-
giſter di. xxvij. tertij ait. Dilectiōis autē
modus inſinuatꝛ cum dicitꝛ ex toto cor. t.
id eſt ex toto intellectu. ex t. a. id eſt ex to-
ta volūtate ꝛ ex tota mente: id eſt ex me-
moria: vt omēs cogitatiōes et omnē vi-
tam ꝛ oēm intellectū in illū feras a quo
habes ea que fers. illud autem preceptū
non impletꝛ ab homīe in hac vita morta-
li. Sed cur precipitꝛ homini iſta pfectio
cum in hac vita nemo eam habeat. Re-
ſpondit Aug⁹. qꝛ non recte curritꝛ ſi quo
currendū eſt neſciatur. De lyra dicit ſu-
per Matth. ꝙ quattuor ſunt de ratione
huius pcepti. ſcꝫ diligere deū ex toto cor
de ꝛ ex to. men. ꝛ ex to. a. ꝛ ex to. for. Cu-
ius ratio eſt: qꝛ diligere eſt actus volūta
tis. Duplex autem eſt actus volūtatis.
Vnus eſt elicit⁹: ꝛ alter impatus. Act⁹
autem elicitus eſt qui īmediate egreditꝛ
ab ipſa volūtate. et iſte tangitꝛ cum dicitꝛ:
Diliges ꝛc. ex to. c. t. id eſt ex tota volun
tate. qꝛ ſicut ex corde oritꝛ mot⁹ ad alias
partes corporis: ita volūtas mouet potē
tias anime. Actus autē imperatus volū
tatis eſt actus alterius potētie mote ad
ſuum actum per ipam volūtatem. vnde
ſequitꝛ. Ex to. men. Mens enim accipitꝛ
ibi p ipſo intellectu: qui ſemper deū cla-
re videbit. Per volūtatem etiam mouetꝛ
appeditus ſenſitiuus: vt cōformetꝛ ſupe-
riori: et iſte actus nominatꝛ cum dicitꝛ: ex
tota anima. Per animā intelligitꝛ pars
ſenſitiua: ſm quod dicitꝛ Gene. i. Factus
eſt homo in animā viuentē. i. vitam ani-
malem et ſenſibilē. Item per volūtatem
mouentꝛ potentie executiue ad operāduꝫ
ex dilectōe: ꝛ hoc notatꝛ cum ſubditꝛ. ex t.
for. t. vel ex o. vi. t. qđ idem eſt. Hec ille:
Hec omnia cōplebuntꝛ in beatis: et in il-
la felicitate eterna vbi videbim⁹ deuꝫ ſi-
ne fine: amabimus ſine interruptiōe. lau
dabimus ſine ceſſatiōe. Tunc eni amor
dei poſſidebit totū cor: ꝛ ſm ꝙ cōmuniter
dicitꝛ a multis in clara viſione ꝛ perfecta
dilectiōe ſiue fruitiōe cōſiſtit beatitudo.
Sed de beatitudine cōmuniter fit talis
diſtinctio: qꝛ vno modo dicitꝛ felicitas ſi-
ue beatitudo: vt illud quo formaliter in-
trinſice quis dicitꝛ beatus Alio modo p-
ut eſt illud quo tanꝙ a cauſa intrinſeca:
īmediate cauſatꝛ iam dicta beatitudo for
malis ꝛ intrinſice pficiens ipm beatuꝫ.
Primo modo appellatꝛ beatitudo forma
lis eo ꝙ ſit aliqua perfectio inherēs ipſi-
beato. Secūdo modo appellatꝛ beatitu-
do finalis: eo ꝙ ſit vltimus finis omniū
ſcꝫ ipſe deus. Prima iſtarū beatitudinū
dicitꝛ beatitudo creata. Secūda dicitꝛ in-
creata: qꝛ ipſa eſt creatrix eſſentia. Vltra
ꝙ iſtarꝫ beatitudinū replet ꝛ qetat ipſi⁹
beati omne deſiderū: aliter tamen ꝛ ali-
ter: quia prima replet formaliter: ꝛ ideo
quandoqꝫ appellatꝛ finis intrinſecus qui
dicitꝛ finis quo. Secūda replet ꝛ quietat
finaliter ꝛ effectiue: ꝛ ideo dicitꝛ finis ex-
trinſec⁹ ſeu finis in quo: quem alloquēs
Auguſtin⁹ in libro cōfeſſionū ait: Quia
feciſti nos ad te inquietū eſt cor meū do-
nec requieſcat in te. Hec autem beatitu-
do creata: vt dicūt quidā pncipalius eſt
in actu volūtatis ꝙ intellectus. et ratio
eſt quia ſicut inter habitus vie charitas
eſt domū principalius ſm Auguſti. xv.
de ciuitate. Et ſm aplm. i. Corinth. xiij
ita inter habitus patrie charitas prime
eſt domū pncipalius. ſed in prima nobi-
lior habitus ſiue nobilior virt⁹ habet no
biliorē actum. ergo perfecte deū diligere

qui eſt actus charitatꝫ patrie eſt nobiliſ/
ſimus actus aīe Cum ergo in nobiliſſi/
mo actu ꝑncipalius cōſiſtat beatitudo:
ꝛ diligere ſit actus volūtatꝫ ꝑncipalius
cōſiſtit in actu volūtatis q̄ȝ intellectus.
Et q̄ȝuis volūtas non poſſit exire in ali/
quem actum ſine actu intellectus. nō ta/
men ſequitur ꝓpter hoc ꝙ intellectus ſit no
bilior: q2 licet actus volūtatis indigeat
actu intellectus q̄ȝtum ad ſui initiū. in/
diget tñ intellectus actu volūtatis q̄ȝtū
ad ſui cōplementū. In dilectiōe autē pa
trie quattuor erunt gradus.

Nam primo deus vere diligetur tanq̄ȝ ſū/
ma bonitas.

Secūdo in ſe quiſqȝ reflectetur ex amore
ꝓprio.

Tertio proximum ꝓſequetur feliciū cha/
ritas.

Quarto corpus ſuū cōplectetur ſpiritus
abſqȝ vicio.

Primo ergo deus vere diligetur ꝛc. Un
de in pria regnabit ordo charitatis qui
eſt in via per cōparationē hominis ad deū.
Unde ſicut deus nunc eſt ſup omnia di
ligendus: ꝛ illud bonū qđ eſt deus maio
ri affectu ex charitate homo debȝ velle ip
ſi deo q̄ȝ ſibi: ita etiam erit in patria. Et
ratio eſt: q2 q̄ȝtum res habet de bonitate
tantū habet de diligibilitate. ſȝ bonitas
dei tranſcēdit bonitatē creature in infini
tum: ergo eſt plus q̄ȝ tota creatura dili/
gendus: nec eſt aliqua bonitas maior ea
ad quā ſua bonitas poſſit referri. ergo eſt
ꝓpter ſe diligēdꝰ. Talis ergo amor bea/
toꝝ erit in patria ꝯtinuus ꝛ ꝑpetuus. vn
de hoc amore magis viuetur btūs cum deo
q̄ȝ ſibi ipſi Remanebit etiā ordo charita
tis ad ſe ꝛ ad proximū: ꝛ corpus ꝓpriū ſm
aliquid qđ eſt in via: ſicut declarabitur in/
fra. Iſta dilectio erit ꝑfecta: ꝛ ſine timo/
re ſeruili: de quo amore ait Greg. ix. mo/
raliū. c. xxiiij. Tunc ſolum deo obſequia
reddimus cum eum ꝓpter amoris fidu/
ciam nō timemꝰ cū nos ad bona opera
affectus nō metus dirigit. nam qui a ꝑ/
uerſitatis opere ex timore reſtringitur: per/
uerſa libenter ageret ſi liceret. Nequaq̄ȝ
ergo veraciter tractus qui adhuc a pra/
uitatis deſiderio liber non eſt: qui vera
obſequia deo nō reddimus: ſi ex timore
mādatis illius ꝛ nō potius ex amore ſer
uimus: ſed cum menti noſtre eius dulce
dinis amor accenditur: omne deſideriū pre
ſentis vite leuigatur. i. tranſit: ꝛ a nobis e/
longatur: imo in tediū delectatio. ſ. preſens
vertitur atqȝ hanc cum merore mens tolle
rat cui victa prius reprobo amore ſeruie
bat. Unde btūs Job. Hoc diuino amo/
re accenſus dicebat: Tedet animā meā
vite mee. Hoc amore diuio accēſus pau
lus dicebat: Quis nos ſeparabit a cha/
ritate xp̄i Ro. viij. Apl'us eni in h oſten/
dit quō boni fideles etiā in p̄nti vita de/
bent firmiter xp̄o adherere ꝑ dilectionē
ꝛ amorē. nihil poteſt hoīem a deo ſepara
re niſi pctm̄. Eſa. lix. Pctā veſtra diuiſe
rūt inter vos ꝛ deum veſtrū. Dicit ergo
apl'us: Quis ſeparabit nos ꝛc. tribula/
tio. i. afflictio corporis: aut anguſtia mē/
tis: aut ꝑſecutio. i. fugatio de loco ad lo/
cum. aut fames. i. penuria cibi. an nudi/
tas. i. penuria veſtimēti. an periculū. i. ap
paratus ſubditus mortis. an gladius. i.
ipſa mors ſiue diuiſio aīe a corpore. Cer
te nihil hoꝝ debet nos ſeparare a chari/
tate chriſti: nam charitas omnia ſuffert:
omnia ſuſtinet. i. Corinth. xiij. Et bene
dicit ꝙ nihil ſeꝑabit nos a charitate xp̄i.
qm̄ ſicut eiuſdē. c. viij. dicitur. Non ſunt cō
digne. i. equales paſſiones huiꝰ tempo/
ris licet multiplices: q2 tpales ꝛ momen
tanee ad futurā gloriā ꝓmerendā. Un/
de Augꝰ. Tribulatio nāqȝ eſt cum fine:
merces ſine fine. Et mlto maior erit ibi
gloria ꝛ dilectio dei maior que reuelabitur
in nobis. Reuelabitur nāqȝ hic deū aman/
tibus: ꝛ in charitate decedētibꝫ Hec eni
charitas qua diligimus hic deū ſup om
nia ꝛ pluſq̄ȝ omnia eſt: de qua dicit apl's
i. Corinth. xiij. Charitas nunq̄ȝ excidit
ſcilȝ in futuro: ſed potius augmentabitur.
O quāta erit gloria habere deū preſentē
ꝛ videre deum facie ad faciem: et toto a/
more ſiue ꝑfecto diligere eum. Hoc eni
erit finis omniū deſideriorum noſtroꝝ. In

## erit dei tota dilectio

hoc terminabiť appetitus noſter: itaq̄ nihil vltra valebimus deſiderare. Et ad h̄ melius intelligendū attēde aliquē multum cupientē aliquā rem: ſicut auarus multū cupit aurum vel argentū. Si talis poſſet habere omne aurum qđ poſſet deſiderare q̄tum gauderet. Certe vltimum deſiderabiliū eſt beatitudo ſiue deum videre in ſe et ipſo frui ſiue ipſum diligere: ⁊ ibi quies ſūma dicente ꝓpheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua Sed dubitaret quis: vtrum omniū beatoꝝ ſit equalis viſio: et equalis dilectio. Reſpondeo: in beatitudine eſt cōſiderare obiectū: ſcʒ deum qui videbiť ſiue bonum increatuʒ: ⁊ hoc erit vnum ⁊ idem omniū beatoꝝ. eſt etiam cōſiderare ipaʒ diſpoſitioneʒ ſiue merita per que meruerunt videre deum clare: ⁊ perfecte diligere ⁊ ex parte huius diſpoſitiōis vnus erit alio beatior: ⁊ ita videbit deum clarius alio: et diliget perfectius. Et hoc eſt quod dicit ap̄l'us. i. Corinth. xv. Stella differt a ſtella in claritate. ſic erit ⁊ reſurrectio mortuoꝝ. capacitas: tamen cuiuſlibet beata impleta erit per cōparationem ad ſuam diſpoſitionē: nec vltra deſiderabit intelligens ſe non vltra meruiſſe: ſed etiam intelligens ſe vltra merituʒ accepiſſe. Ex dictꝭ patet quomodo ſit deus diligēdus in via. ⁊ quomodo diligetur in patria: ⁊ iſte erit primus gradus dilectiōis. Secūdus gradus erit reſpectu ſui ipſius. nam beatus diliget ſeipſuʒ maiori dilectōe ⁊ perfectiori q̄ viator diligat ſe in via. Diliget inq̄ vt ſibi velit ipam felicitatem eternaliter permanſuram. Nam ſicut beatus Aug⁹. ⁊ recitat magiſter di. xxviij. tertij dicit quattuor eſſe diligenda ex charitate. Unum qđ ſupra nos eſt: ſcʒ deus Alterū quod nos ſumus. Tertiū quod iuxta nos eſt. ſcʒ ꝓximus. Quartū quod infra nos eſt ſcʒ corpus. Et hoc eſt quod ait ſalomon. Canticoꝝ. ij. Ordinauit in me charitatem. Poſt deum igiť debemus nos diligere ⁊ in patria diligem⁹ maiori affectu q̄ ꝓximum: Quod declarans Richardus de media villa in. iij. ait. Natura integra dictabit hominē plus ſe debere diligere q̄ alium. Gloria etiam ꝓpria intimius et perfectius reſpicit illum in quo eſt q̄ alium. diuina etiā iuſticia hoc exigit vt homo plus gaudeat de ꝓprijs meritis q̄ alienis. Cum ergo diligere ſe ſit velle ſibi bonū: poſſumus loqui de ordine diligendi per cōparationē ad bonū volitū ⁊ dilectum: vel ad intentionē actus volendi. Primo modo: quia null⁹ erit poſſibilis ad maius bonū q̄ tunc habeat. ideo tūc volet meliori maius bonum: ⁊ ſic ſancti volent primo chriſto vt homini maius bonum glorie q̄ ſibi ⁊ virgini glorioſe: ⁊ ſic de alijs qui plus meruerunt. In ſtatu autem vie non eſt ſic: ⁊ ratio eſt: qꝛ in via nonus eſt poſſibilis ad maius bonū q̄ illud bonum quod habet melior eo: excepto forte chriſto cui non eſt datus ſpiritus ad menſurā Joh. iij. Ideo ex charitate poteſt ſibi optare tantū bonū quantum optat melior ſe. Loquendo vero ſecundo modo: ſcilicet quo ad intentionē amoris maiori affectu volet ſibi bonum q̄ cuicūq̄ ꝓximo ſiue meliori ſe ſiue minus bono. Exemplum familiare eſt ad hoc. nam minus diues vult maiori affectu minus bonuʒ quod habet q̄ diligat ditiori ſe maius bonum quod habet: et hoc declarať magis. Nam per gloriam non tolliť: ſed perficiť natura: ſed in ſtatu nature integre homo nunq̄ tantū dilexiſſet alium quantum ſeipſum. natura autem in gloria erit omnio reſtaurata et reparata: ex hoc patet q̄ maiori affectione quiſq̄ factus ex charitate ſeipſum diliget q̄ʒ proximum. O quāta erit gloria beatis dum ſe intelligent beatos ⁊ in illa gloria cōfirmatos. Quantū nāq̄ gauderet quis auarus ſi omne auruʒ quod poſſet poſſideri cognoſceret vere ſe habere: et in tali poſſeſſione ſciret ſe non poſſe impediri Ibi ille fatuus amor quē habem⁹ ad nos ceſſabit: quo amore iniquo diligimus mūdi diuitias. corporis

delicias: honores ⁊ reuerētias. quo etiaꝫ
amore ꝑponimus corpus anime ⁊ tem/
poralia ſpiritualibꝫ. nam natura noſtra
verſa eſt in contrariū ſue inclinatiōis vt
videt̄. nam cōtemptis virtutibꝫ diligit vi
cia que ſibi ſunt noxia ad moduꝫ febrici/
tantis ⁊ hominis ſtulti. Juxta dictū ſapi
entis. Prouerb. i. Uſq̄ quo paruuli dili/
gitis infantiā. ⁊ ſtulti ea que ſibi ſunt no
xia cupient. Hec dilectio praua ⁊ puer/
ſa rumpit legem nature: legeꝫ ſcripture:
⁊ legem gratie. hec triplex lex rumpit̄ ex
amore diuitiarū temporaliuꝫ. Eccl'ſ. v.
Auarus non replebit̄ pecunia: ⁊ q̄ amat
diuitias fructum non capiet ex eis. ⁊ Ec
cleſia. x. Nihil iniquius ꝙ̄ amare pecu/
niam. Hic enim aīam ſuam venalē ha/
bet: quoniā in vita ſua ꝓiecit intima ſua
Alij amant delitias carnales: de quibus
dicit̄ Prouerb. xxiij. Qui diligit epulas
replebit̄ egeſtate Exemplū de diuite epu
lone Luce. xvi. Alij honores ſeculares.
Math. xxiij. Amant primos accubitus
in cenis. de hijs omnibꝫ dicit̄ Eccl'ia. iij.
Qui amat periculū: peribit in illo. Hij
ſunt qui odiunt animas ſuas: de quibus
ꝓpheta ait: Qui diligit iniquitatē: odit
animā ſuā. Amant eni cōmuniter homi/
nes periuria: mendacia: furta: vindictā
ꝓximi: et cetera peccata que ducunt ad
mortem gehēne. Sed hijs videt̄ aduer/
ſari dictū chriſti Joh. xij. Qui odit ani/
mam ſuā: ſcꝫ in hoc mūdo: in vitam eter
nam cuſtodit eam. Sed reſpōdet gloſa
di. Jlle non amat: ſed odit animā ſuam
in hoc mūdo: qui diligēdo deum potius
ꝙ̄ in eum peccet eligit occidi. Hec glo.
Et ita odire hic accipit̄ ꝑ velle viuere in
hoc mūdo in pctō. Et ita dicit̄ eodem. c.
Qui amat animā ſuā volendo viuere in
pctō: ꝑdet eā. Et hoc eſt verius odire ꝙ̄
amare. Sed redeamus ad id a quo diſ/
greſſi ſumus: ſcilicꝫ ad amorē illū quem
quiſq̄ beatus habebit in ſe ⁊ de ſe. Ha/
bebit enim ad ſe amorē: quia videbit ſe
veſtitū illa veſte nuptiali: de qua Math.
xxij. Amice: quomodo huc intraſti non
habens veſtem nuptialem. Ubi ait Ni/
co. de lyra. Jntrat rex: id eſt chriſtꝰ: vt vi/
deat diſcūbentes: id eſt exiſtentes in hoc
mundo volentes tranſire ad gloriā cele/
ſtem. Jntrat inq̄ dupliciter: ſcꝫ ſpeciali/
ter in morte cuiuſlibet hominis qui deſi/
derat ꝯuenire ad regnū: ⁊ generaliter in/
trabit in futuro generali iudicio. Et ait
amice: Uocat̄ autem pctōr amicus pro/
pter naturaꝫ que ad imaginem dei facta
eſt: ſicut ⁊ dixit iude: Amice ad quid ve/
niſti. dicit ergo: Quomodo huc intraſti:
id eſt intrare voluiſti non habens veſteꝫ
nuptialē: id eſt charitatē. quam ſi habe/
res dignꝰ eſſes intrare ad nuptias. Hec
eſt enim vt dicit Augꝰ. que diuidit inter
filios regni ⁊ perditiōis. Sancti igit̄ in
gloria hac veſte induti tanq̄ precioſo ve/
ſtimento ſe diligēt: quia hanc veſtem ſer
uauerūt in hoc mundo: et cum ea ad re/
gnum tranſierunt: ſicut rex et regina vel
quecūq̄ alia perſona videns ſe ornatum
vel ornatam precioſo veſtimento: in tali
veſtimento gloriat̄ quodāmodo: et ideo
precioſa veſtimenta homines diligenter
cuſtodiūt: vt in eis loco ⁊ tempore hone/
ſtiores appareant. Hoc erit ornamētum
cōmune: quia nullus erit in illa gloria q̄
non ſit hac veſte charitatis indutꝰ. Sed
nunquid chriſtiani habebūt aliquem or
natum in ſe quem nō habebūt ſancti ve/
teris teſtamenti. Certe dicendū ꝙ ſic: qꝛ
habebunt ſignum illud quod ſuſceperūt
in ſacramento baptiſmi: ſcꝫ characterem
baptiſmalē: qui eſt quidem ornatus ⁊ de
cor anime. Habebūt qui ſunt cōfirmati
alium decorem ⁊ ornatuꝫ: ſcꝫ characterē
confirmatiōis. Habebūt qui ſunt ordi/
nati ⁊ ſacros ordines ſuſceperūt alios ca
racteres: id eſt alia ſigna ſpiritualia que
omnia in ſe cognoſcēt ⁊ diligent ſe: quia
talia ſuſceperūt Gaudebūt de ꝓprijs me
ritis quibus virtutes acquiſierūt que vt
cōmuniter dicit̄ remanebūt in patria: vt
de iuſticia quam acquiſierūt. iuſta ope/
ra in ꝓximum faciendo: vt opera miſeri/
cordie adiplendo tam ſpiritualia ꝙ̄ cor/

poralia. de prudētia quā acquiſierūt pru
denter opera virtuoſa dictādo ⁊ regulā/
do. de fortitudine quā acquiſierūt opera
fortia peragēdo. de temporātia quā ac/
quiſierūt temperate viuēdo: ⁊ ſic de alijs
que plus vel minus meruerūt: ⁊ quibus
meritis augmentū charitatis habuerūt
Nam ⁊ licet oēs habeāt charitatē: ha
bebūt tñ quidā ꝑfectiorē charitatē: alijs
ſm quam magis ſe diligēt: ⁊ ita de alijs
virtutibꝫ. Sicut eñ videmus ꝙ veſtimē
tum ſcarleti vel purpure eſt alio precioſi
us ⁊ melius: ita in beatis virtutes erunt
in quibuſdā ꝑfectiores et maiores: ſicut
in chriſto ⁊ virgine glorioſa erunt virtu/
tes eminētiores nobilius ſiue ꝑfectiꝰ ꝙ̄
in angelis. vnde de qualibet ꝑſona bea/
ta poterit dici illud pſ. xliij. Aſtitit regi/
na: id eſt aſſiſtet regina: qꝛ regnabit in il
la gloria ꝑpetuo: a dextris tuis: in veſti/
tu deaurato circūdabit varietate: ſcꝫ vir
tutū. Nam omnis gloria eius: ſcꝫ filie re
gis. abintus: ſcꝫ in anima. Quā tū gloria
bunt ⁊ ſe diligēt qui talia hic meruerūt.
fidem chriſti ⁊ bona opera cōſeruando ⁊
faciendo. Quomodo igit debemus attē
dere diligētius: vt hanc gloriā acquira/
mus: ita vt vnuſquiſqꝫ noſtrū in ea voca
tione qua vocatus eſt ꝑmaneat operan/
do virtutis opera. Nam ad hanc gloriā
inuitamur ⁊ vocamur per thema noſtrū
cum dicit: Venite benedicti patris ⁊c.

Tertius gradus dilectiōis erit ad ꝓxi
mum quē quiſqꝫ beatus habebit volen/
do illud bonū eternū cuilibet alteri ſan/
cto: cuilibet angelo: ⁊ etiam cuicūqꝫ in il
la gloria exiſtenti. vnde iſtud erit ad pre/
mium: licet accidentale a viſione: de qua
dictum eſt in precedentibꝫ: qꝛ ſicut alius
eſt actus intelligere: ⁊ alius diligere ſicut
experientia docet qꝛ multa intelligimus
que non diligimus: ita alia erit gloria: et
aliud premiū viſio: ⁊ aliud dilectio: vnde
ibi adimplebit illō quod ſequit: diliges
dñm deū tuū ⁊c. ſed ⁊ ꝓximū tuū ſicut te/
ipm: id eſt ad eandē beatitudinē ad quā
diligis te. Notādū tñ ꝙ triplex eſt amor
ſcilicꝫ: amor naturalis: amor carnalis: ⁊
amor ſpiritualis. Et de iſtis aliqualiter
eſt dicendū vt videat quis amor mane/
at in patria ad ꝓximuꝫ. Primus igit eſt
naturalis: quo pater diligit filiū. Et licꝫ
amor iſte ſit licitus: tñ de ſe nō eſt meri/
torius in via: poteſt tamen fieri merito/
rius: ſi pater diligit filium: quia bonus
eſt: vel vt bonus ſit: tunc enim diligit fi/
lium non vt filium: ſed deum diligit in fi
lio: ⁊ tunc reducit ad illud preceptū: Di/
liges ꝓximū tuū ſicut teipm. Alia eſt di/
lectio carnalis: que eſt inter virum ⁊ vxo
rem: ⁊ iſta licet ſit licita: tamen de ſe non
eſt meritoria: poteſt tamen fieri merito/
ria quādo ſcꝫ vir diligit vxoreꝫ: vel quia
bona eſt: vel vt ſit bona: quia tunc nō di/
ligit vxorem vt vxorem: ſed deum in vxo
rem. ⁊ tunc reducit ad preceptū. ſcilicet:
Diliges proximū tuū ſicut teipm. ſcilicꝫ:
ad gratiam in preſenti: et gloriam in fu/
turo. de qua dilectione dicitur ad Ephe/
ſios. v. Viri diligite vxorem veſtram: ſi/
cut ⁊ chriſtus dilexit eccleſiā: ⁊ tradidit
ſemetipm ꝓ ea. Tertia poteſt dici dile/
ctio ſocialis ſiue cōſuetudinis que cōtra
hitur ex cōſuetudine cohabitandi collo/
quendi ⁊ conuerſandi: que etiam licet ſit
licita tamen non eſt meritoria: quia etiā
inter animalia quodāmodo reperit: po/
teſt tamen fieri meritoria: quādo ſcilicet
quis diligit: quia bonus eſt: vl vt bonus
fiat Eccleſia. vi. Amicus fidelis medi/
camenlū vite: ⁊ tunc reducit ad illud pre
ceptuꝫ: Diliges ꝓximū tuū ſicut teipm.

Quarta dilectio eſt rationalis et ſpi/
ritualis qua quis diligit aliuꝫ vt bonus
ſit. vel qꝛ bonus eſt: ⁊ iſta ꝑ preceptū di/
ctum intelligit Alij ſunt amores plures
illiciti: vt eſt amicicia mūdi: de qua Iac.
iiij. Amicicia huius mundi inimica eſt
deo. et Iacobi in prima cano. in. primo
caplo ait: Nolite diligere mūdum: neqꝫ
ea que in mūdo ſunt. Si quis diligit mū
dum non eſt ca. patris in eo. Et accipit
hic mundus pro hominibꝫ delectabilia
huius mundi inordinate querentibus:

de quibus dicit̄ Joh.i. Et mūdus eū nō
cognouit: quia occupatio circa delecta/
bilia mūdi impedit cognitionē dei Alia
eſt amicitia carnalis ⁊ mala de qua dici
tur ad Ro.xiij. Carnis curā ne feceritis
in deſiderijs ſcꝫ ſuperfluis ⁊ inhoneſtis.
Hij oēs amores illiciti in illo regno pa
cis eſſe non poterūt: ſed ſolum liciti ⁊ ho
neſti: vnde ſuper hoc dicūt quidā vt reci
tat Alexander de halis in.ij. In patria
non erūt niſi duo amores ſcꝫ naturalis
⁊ ſpiritualis: ſed adhuc trāſibit natura/
lis: ad ſpiritualē vnde homo diliget deū
maxime in patria: ⁊ angelus ſimilit̄. Si
ergo homo magis habeat deuꝫ q̄ ange/
lus. i. maiori beatitudine ſit beatus: ⁊ glo
rioſus plus diliget homo hominē proxi/
mum q̄ angelū etiam proximū. Si vero
angelus plus habeat deum homo plus
diliget angelū: ⁊ ita non erit ibi ordo dile
ctionis reſpectu ꝓximi qui nūc eſt in via:
et idem forte dici poſſet de dilectione ſui
reſpectu alterius melioris: ſcꝫ ꝙ magis
diliget meliorē q̄ ſeipm̄ vt ſit conformi/
tas maior diuine voluntati ⁊ ipſoꝝ bea/
torū. Unde Anſelmus in pſologyon ca.
penulti. ait. Interroga intima tua ſi ca/
pere poſſunt gaudiū ſuum de tanta bea/
titudine ſua: ſed certe ſi quis alius eſſet
quē omnino ſicut teipſum diligeres: qui
eandē ⁊ beatitudinē haberet duplicaret̄
gaudiū tuum: quia nō minus gauderes
pro eo q̄ pro teipſo. Si vero duo vel tres
idipſum haberent tantūdem pro ſingu/
lis quantū pro teipſo gauderes ſi ſingu/
los ſicut teipſum amares. Igitur in illa
perfecta charitate innumerabiliū beato/
rum angeloruꝫ ⁊ hominū vbi nullus di
liget alium minus q̄ ſeipſum: nō aliter
gaudebit quiſq̄ pro ſingulis alijs q̄ ꝓ
ſeipſo. Si ergo cor hominis de tāto bo/
no ſuo vix capiet gaudiū ſuum quomo/
do capax erit tot ⁊ tantoꝝ gaudioꝝ. Cō
ſidera ſi potes. Attende o cor humanū:
cor indigens: cor erūnis plenum. Atten/
de diligēter o chriſtiane ſi centuꝫ filios
haberes quos multū diligeres ⁊ videres
quēlibet ipſoꝝ regem: quantū gauderes
gaudio mūdano ⁊ tranſitorio. Quantū
igitur gaudebis dum videbis deū queꝫ
plus diliges q̄ teipſum: quādo videbis
illam regiam celoꝝ ſuper omnes choros
angeloꝝ exaltatam: quādo videbis tot
milia angeloꝝ: tot milia hominum in di
uerſis gradibus beatitudinis quos dili
ges ſuper teipſum. O gaudiū ineſtima/
bile indicibile quid loquor de te qđ non
noui: non temptaui: non probaui. O vti/
nam poſſimus hanc dilectionē ⁊ amorē
poſſidere in illa gloria ſempiterna. Tūc
enim in talibus beatis erit omnis inui/
dia annullata ⁊ ab ipa patria aliena que
tamen in preſenti via multum regnat et
multos impedire poteſt ne perueniāt ad
illud regnum celeſte. Hec enim cōtraria
tur ſpecialiter charitati ſine qua nullus
videbit deum. Inuidus enim triſticiam
habet in proſperis ꝓximi: ⁊ exultationeꝫ
in aduerſis: tales ſimiles ſunt patri ſuo
diabolo qui de bono dolet: ⁊ de malo gau
det. Unde Sapient̄.i. Inuidia diaboli
mors intrauit in orbem terrarū. Imitan
tur autē illū qui ſunt ex parte illius. No
tandū tamen ꝙ dolor de bono alieno eſt
quadruplex quia vel eſt primo primus
motus ex natura veniens ſicut quidam
naturaliter ſunt inuidi: ⁊ hoc nullū pec/
catum eſt cum nullo modo ſit in poteſta
te noſtra: vel eſt ſecundo primus motus
quādo ſcꝫ appetitus ſine completa deli/
beratione tali paſſione afficitur et ſic eſt
veniale peccatū: vel eſt actus voluntari/
us deliberatiue ⁊ ſic eſt peccatū mortale
vel trahitur per intentionē extra ſuā ra/
tionē: vt quādo dolor de alieno bono ſur
git ex cauſa bona ſicut dolet aliquis de
bono temporali alterius: quia videt re/
dundare in detrimentū anime ſue vel in
detrimētum cōmunitatis et talis dolor
bonus eſt. Sed hec omnia in illa celeſti
gloria ceſſabūt quādo diligemus proxi/
mos noſtros. i. oēs ſctōs et ſanctas ſicut
noſipſos. Tunc illa ꝓphete verba verifi
cabunt̄ quibus dicit̄. Ecce q̄ bonū et q̄
iocū. ha. fra. in vnū. Ad hoc igitur bonū
dilectiōis vocamur per verba thematis

angelos τ oẽs ſimul btõs: τ de oib⁹ iſtis tantã abũdantiã gaudij habebũt ꝙ nul/lus mortalis exꝑmere poſſit: τ erit ſil'r ſi/cut nunc eſt de btis angelis q̃ nos cuſto/dientes: noſtroq3 ꝑfectui intendẽtes: nõ minus ſemꝑ cõtẽplant diuinã maieſtatẽ dicente xp̃o Math. xviij. Angeli eoꝝ ſemꝑ vident faciẽ p̃ris mei q̃ in celis eſt. vbi Ni. de lyra. Quia q̃tũcũq3 mittã/tur ad rerũ tp̃aliũ adminiſtrationẽ: tamẽ ſemꝑ deo inherent ꝑ apertã viſionẽ. Et Math. xxij. dicit ꝙ in reſurrectõe hoĩes ſunt ſicut angeli dei viuẽtes. ait idem do/ctor Ni. de lyra viſione τ fruitõe dei. Iſte modus habẽdi tot τ tanta bona cũ delec/tione ſimultanea erit alius ab oib⁹ mo/dis habẽdi in h' tp̃e. Q2 eñ aĩa non poſ/ſit ſil'r eſſe intenta diuerſis opationib⁹ di/uerſarũ potentiarũ intenſe: hoc eſt ꝓpter imbecillitatẽ virtũ ſuarũ. Vñ ſil' nõ põt intenta eſſe multũ circa regimẽ corporis τ circa operatõẽs ſpũales. Sed tunc aĩa btã ꝑ habitũ gl'ie vigoroſa poterit ſil'r in/tenta eſſe: τ circa corpus ſicut neceſſe erit τ circa dei cõtẽplationẽ: vñ nõ impedire/tur ab vno ꝑ aliud. Et exemplũ habem⁹ de aĩa xp̃i que ſil' habuit intenſe: τ actus ptinẽtes ad ſtatũ viatoris: τ ad ſtatũ cõ/p̃rehẽſoris: τ hoc fuit ꝓpter ꝑfectionẽ ei⁹ in natura ſua: τ in actib⁹ potentiaꝝ. Ha/buit eñ ꝑfectã valitudinẽ τ vigorẽ potẽ/tiarũ. τ ſil'r dicimus de aĩa btã. Sic igit btũs poterit multa valde que faciẽt ad btĩtudinẽ eſſentialẽ τ accidẽtalẽ itellige/re ſil'. Hec igit abũdantia rerũ tantarũ nos debet allicere ad bñ agendũ i hac vi/ta: vt mereamur hic qd dictũ eſt τ ſatiari dicit g̃ in themate: Venite bñ. τc.

## ſ Exta gloria ani/

me erit honor magnus τ inſu/perabilis. Nam ſancti erunt beati per deuotionẽ.

Secũdo filij per adoptionem.

Tertio reges per exaltationem.

Quarto dij per participationem.

Sed forte alicui videt ſatis incõueni/ens tot τ tanta de gl'ia celeſti p̃dicare cũ generare tediũ poſſint hoib⁹. Rñdeo ꝙ verũ eſt ꝙ in deuotis τ q̃rentib⁹ leticiã τ dilectionẽ p̃ntis ſeculi hec oĩa tediuz af/ferẽt: ſed certe deuotis: τ ad hãc glorã tẽ/dentib⁹ minime hec erũt oneroſa. In de/uotis igit p̃nt eẽ tedioſa. q2 nõ intelligũt: imo nec intelligere volũt qd in ipſa vita btã ſint habituri. Quid igit inqt Anſel/mus in lib. de ſilitudinib⁹ agendũ eſt: vt hec illis aliquaten⁹ ſapiãt: τ aliqualiter ſapiẽtib⁹ magis ſapiãt: τ ſic ad opa bo/na euigilẽt. Pueroꝝ more cibãdos eſti/mo q̃ ſi aliq̃ñ aliqd groſſum pomũ eden/dũ ɔcipiũt illud ob dentiũ teneritudinẽ τ oris anguſtiã aſſumere nequeũt: ſi ꝑ il/loꝝ capacitate prius nõ fuerit particula/tim diuiſũ. Ita diuidamus in ꝑtes illa magna gaudia illa maxia bona que bea/ti ſunt poſſeſſuri. Et vt melius eluceãt et ampli⁹ deſiderent cõſiderem⁹ que i hac vita mens bñ regulata auidius expetit: et ex hijs cõiectem⁹ illa btõs habituros in eterna vita. Hec ille. Nõne q̃ttuor ꝑ/miſſa a bonis hoib⁹ expetunt in hac vita ſcꝫ vt ſint ſancti: vt ſint filij dei: vt bene re/gant ſeipos: vt deus eos ihabitet ꝑ gra/tiã: τ ſic dij ſint ꝑ participationẽ. Vtiq3 viri boni τ deuoti hec oĩa expetũt que ex/cellẽtius in illa vita gl'ioſa eis cõcedent τ dabunt. Erũt nẽpe ſcti ꝑ deuotionẽ: v/bi ſciendũ ꝙ deuotio: vt ait Pe. de betho/no eſt illa virt⁹ qua qs ſe totũ deo deuo/uet τ dedicat: qua etiã tot⁹ vacat ꝟtutib⁹ τ vicia a ſe euellit τ eradicat: q̃ inſuꝑ to/tus fert in celeſtib⁹ τ terrena vilipẽdit. vi/det g̃ ꝙ vir deuot⁹ eſt: idem ꝙ vir ꝑfect⁹ virtutib⁹ τ gratijs totus plen⁹. Et Hu/go dicit ꝙ feruor bone volũtatꝭ quẽ mẽs cohibere nõ valẽs certis iudicijs mani/feſtat. Certa in illa vita btã erit maxime feruor btẽ volũtatis: qñ poterit deũ nõ di/ligere: imo cõfirmata erit in dei amore: ſic ꝙ diliget ipm: τ oĩa ꝓpter ipm Deuo/tio naq3 eſt qua dator munerũ ſeipm lar/git: qua factor ſiderũ hac vita ſentit: qua quicq̃d eſt aſperũ dulciter lenitur. In de/uotõe ſiquidẽ ſeipm deus lergit. Cor eñ humanũ nunq̃ ꝑ deuotionẽ madefieret

miſi ros diuine gratie deſup̱ deſcēderet.
Deus eni eſt ſicut vinea balſami que p̄/
cioſiſſimā deuotōis guttā in fialis diuer
ſoꝝ cordiuʒ diuerſimode ſe fundit. O q̄
ample: o q̄ abunde ſe fundet illud balſa
mum precioſiſſimū in animabꝫ ſanctoꝝ.
Cogitare nullꝰ mortaliū pōt. Scdo de/
uotio eſt illa virtus qua deus in ſuo fon/
te ſolet ſentiri: ꝛ qua in terrꝫ pōt percipi.
Nulla eni alia virtꝰ ita guſtat deū ſicut
deuotio: quia deuotiōe mens ferꝛ in deū:
ſed hic imꝑfecte. in pr̄ia vero ꝑfecte. Ter
tio deuotio eſt illa virtus qua oē aduer/
ſum ꝛ aſperū dulciter lenitur. nam cōſtat
q̄ deuotio oēm triſticiā fugat: ꝛ q̄cq̄d eſt
in rebus oneroſum ꝛ aſperū dulce facit.
Sed in illa requie talis erit deuotio ad
deū q̄ nihil triſte nihil moleſtū ibi pote/
rit eſſe. Erūt igiꝛ ſcti ſine terra ſine affe/
ctione mala per deuotionē. vnde ſancti/
tas adeo ē vniuerſalis bonitas q̄ ea ha/
bita neceſſe eſt hoiem in cūctis particula
ribꝫ virtutibꝫ eſſe ornatū. Si eni vna vir
tus deficeret: ſctūs nō eēt. Et hoc erit i il
lis btīs: ideo merito dicenꝛ ſancti: vt poſ
ſint tunc dicere illud Eccli. xxiiij. In ci/
uitate ſcificata ſilr requieui. Ad hāc igi
tur ſctitatē inuitamur: dum diciꝛ in the/
mate Venite bn̄dic. ꝛc̄. Scdo dixi q̄ btī
erūt filij ꝑ adoptionē. filius naturalis ꝛ
legittimus ſuccedit hereditati paterne:
Sic filius dei ſuccedet hereditate patrꝫ
ſui. ſ. xp̄i. Gal. iiij. Si filꝰ ꝛ heres ꝑ deū
ip̄m adoptātem. Filio eni adoptiuo de/
beꝛ aliqua pars hereditatꝫ ſm leges ait
Ni. de lyra. Ipſe em̄ dn̄s deus tenet na/
turā vituli marini q̄ natat in mari ꝛ gra
diꝛ in terra: filios ſcꝫ ſuos in terra generat
atq̄ʒ parit: ſed ip̄os finaliter ad mare re/
ducit. Sic deus ꝑ gr̄am in hoc mūdo fi/
deles ſuos generat ꝛ ꝓducit: ſʒ tādē poſt
hūc mūdū ip̄os ad mare. i. ad abūdātiā
paradiſi ducit ꝛ regni celeſtꝫ ſucceſſores
tanq̄ʒ legittimos filios eos facit. Iohā.
viij. Qui facit pctm̄ ſeruus eſt pcti: ſuus
aūt nō manet in domo ineternū. filꝰ aūt
manet in domo ineternū: Hec etiā filia
tio hic incipiꝛ. Si patri nr̄o deo obediue

rimus: tunc quidē filij erimꝰ hic ineter/
nū. Si em̄ glorioſum eſt hoi eſſe filiū re/
gis: q̄to magis glorioſuʒ erit nos eſſe fi/
lios dei regis regū: ꝛ cuʒ ip̄o manere in
illa aula ſūme glorie in delitijs paradiſi
vnde pater nr̄ celeſtis cuilibet btō dicet
illud Luc. xv. Fili tu ſemper mecū es: ꝛ
oīa mea tua ſunt. Attēdamus igiꝛ ad
hanc filiationē. Sicut diciꝛ. i. Io. iij. Vi
dete qualē charitatē dedit nobis deꝰ pa
ter vt filij dei noiemur ꝛ ſimus. Videte
ergo. i. diligēter attēdite qualē charitatē
oñdit nobis deus: vt vocaret nos filios.
ideo dicit vt filij dei noiemur et ſimus.
Et notāter dicit ſimꝰ. Multi em̄ noianꝛ
filij dei: quoꝝ aliqui nō ſunt filij: ſed putā
tur. Sed vere ſi noiamur filij dei: etiam
poſſumꝰ eſſe ſi in nobis nō ſteterit. Io. i.
Dedit eis ptātem filios dei fieri. Et ſe/
quiꝛ eodē. c. Chariſſimi nūc ſumus filij
dei ſuppleꝰ ſi volumꝰ: ꝛ nōdū apparuit q̄d
erimus. Scimꝰ qm̄ cuʒ apparuerit: ſiles
ei erimus: qm̄ videbimꝰ eum ſicuti eſt: ꝛ
oīs qui habʒ hanc ſpem in eo ſcificat ſe:
ſicut ꝛ ille ſctūs eſt. i. imitaꝛ ſctitatē: put
poſſibile eſt. hunc in quē eſt ſpes nr̄a q̄t/
tidie vocamꝰ prēm cū: dicimꝰ: Pater nr̄
qui es in celis. Hic pater diciꝛ oiuʒ ge/
neraliter rōne creatiōis. addiꝛ tñ ait Ni.
de lyra noſter. qꝛ eſt pr̄ ſpecialis iuſtoꝝ
per gratiā adoptōis. Diciꝛ inſup̱ qui es
in celis: qꝛ licet ſit in oibꝫ ꝑ eſſentiā: pre/
ſentiā: ꝛ potentiā. eſt tñ ſpeciali modo in
iuſtis per gr̄am. ſpecialiſſime vero excel/
lentia eius relucet in ſanctis per gloriā.
Alexā. de halis dicit: qꝛ pater in illa ora/
tione accipiꝛ eſſentialiꝛ. ꝛ diciꝛ: pater nr̄
per adoptionē: que gratia adoptōis: ꝛ ſi
nō cōmunis oibus actu: eſt tñ cōmunis
omnibꝫ potētia: Qui em̄ dat talenta ſua
vnicuiq̄ʒ ſm ꝓpriā virtutē paratꝰ eſt da/
re gr̄am adoptōis vnicuiq̄ʒ facienti q̄d
in ſe eſt. vnde ſicut ſpeciei cōuenit rō vni/
uerſalitatis vnico exiſtēte indiuiduo nō
vniuerſalitate que ē actu: ſed que eſt po/
tentia: ita gr̄a adoptōis diciꝛ cōis oibus
nō cōitate que eſt actu: ſed que eſt poten
tia. Nō tñ peccat ille qui eſt in pctō mor/

## erit bonor magnus ⁊ inſuperabilis

tali dicẽdo orationẽ dñicã. duabꝫ de cauſis. Prima eſt q̃ hec oratio cõis eſt: ⁊ dicenda eſt in pſona eccleſie: que in ſe multos filios adoptiõis habet. Scđa eſt q̃ ſicut petitiões ſeptem ſequẽtes depcatiue vel optatiue orões ſunt ⁊ nõ indicatiue. Sic captatio beniuolẽtie magis intelligit̃ optatiue q̃ꝫ idicatiue ab illo q̇ eſt in pctõ mortali. Jlle ergo qui eſt in pctõ mortali nõ põt dici pater indicatiue. i. indicando ſe eſſe filiũ actualiter: põt tñ dicere: pat̃ optatiue. Hec Alex. Jn gloria vero quilibet dicere poterit pater indicatiue. q̃ vere erit filius p grãm ⁊ gloriã in eternũ: ideo ad hãc filiationẽ inuitamur specialiter: cum dicit̃ in themate: Uenite bñdicti ⁊c̃. Tertio dixi: ꝙ bti erunt reges p exaltationẽ. in illo enĩ regno celoꝝ quilibet erit rex. Rex dicit̃ a regẽdo: vt inq̇t Origenes. Si g̊ anim⁹ i te regat ⁊ corpus obtẽperat: ſi vicia freno ſobrietatis p̃mas merito rex vocaris. Sic rex diceris in hĳs inferioribꝫ: ſed ibi alit̃ rex dicit̃: q̃ nõ a regẽdo cũ ibi nihil indigeat regꝫ: q̃ ille ſtatus erit talis ꝙ nõ poteris deficere vel obliquari. Dicet̃ g̊ rex a regnãdo: q̃ q̇libet ibi exiſtẽs: ita erit potens: vt faciat q̇cq̇d voluerit: ita erit diues: vt habeat q̇cq̇d petierit. ita erit ſapiens vt ſapiat q̇cq̇d cupierit. ita erit fortꝫ vt nullus eum vincere poſſit. O q̃ꝫ glorioſum regnũ: in quo ſancti ppetuo regnabũt: q̃ in eternũ ⁊ vltra. Hoc regnuꝫ petim⁹. Adueniat regnũ tuũ Math. vi. Unde dicit Alex. de halis: hac petitiõe põt peti vt veniat regnũ militãtis eccleſie ad regnũ triũphãtis: vt fiat triũphãs vel adueniat. i. manifeſtet̃. ſ. regnũ dei hominibꝫ: quibꝫ vt lux cecis nõ videt̃ ꝙ nullus ignorare poterit cum filius iudicare venerit in q̊ regnabũt ⁊ ſcti. Sicut dicit̃ Matth. xxv. Percipite regnũ qđ vobis paratũ eſt ab origine mũdi. Hec ille. O q̃ꝫta bonitas: q̃ꝫta clemẽtia: q̃ꝫta miſericordia: q̃ꝫta benignitas nobis diſpoſuiſſe ⁊ p̃paraſſe tantũ regnũ. Si enĩ nobis diſponeret d̃s dare regnũ frãcie: vel aliđ magnificũ regnũ tpale: ⁊ maxime ĩ quo eſſet ſũma pax: oĩs gloria: oĩs ptãs: et illud eſſet ppetuũ q̃ꝫtũ deſiderem⁹ tale regnũ. Sed vere illud nihil eẽt ſi tale poſſet eſſe ad cõparationẽ regni celeſtꝫ. Primũ igit̃ chariſſimi querite regnuꝫ dei. q̃ nullũ tale inuenit̃ in hĳs terrenis rebus. q̃ regnũ mũdanũ eſt trãſitoriũ Dani. ĳ. Deus mutat tpa ⁊ etates transfert regna atq̃ꝫ cõſtituit. Et inde eſt ꝙ iſtud eſt vituperabile ꝓpter ſuã mobilitatẽ. Eccl. xx. Regnuꝫ a gente in gentẽ transfert̃ ꝓpter iniuſticias ⁊ iniurias ⁊ cõtumelias ac diuerſos dolos ꝓpter ſuã diuerſitatẽ: vnde in regnis huius mũdi non eſt pax. Jn pſ. Cõturbate ſunt gentes ⁊ inclinata ſunt regna. Et Lu. xxiĳ. Surget gẽs in gẽtẽ: ⁊ regnũ aduerſus regnũ. Regnũ vero celeſte hꝫ oppoſita hĳs. De q̊ ꝓpha ait: Regnũ tuũ regnũ oĩuꝫ ſeculoꝝ: q̃ hꝫ interminabilẽ eternitatẽ Danie. vĳ. Poteſtas eius ptãs eterna que nõ auferet̃: ⁊ regnũ eius qđ nõ corrũpet̃. Jneſtimabilem amenitatẽ etiã hꝫ Sap. v. Accipiẽt regnũ decoris ⁊ dyama ſpeciei de manu dñi. Habet tertio inde flectibilẽ fertilitatẽ Lu. vi. Bti q̇ nunc eſuritis: q̃ ſaturabimini ⁊c̃. Et. xiiĳ. dicit̃. Btũs q̇ mãducabit panẽ in regno dei Hoc eſt igit̃ regnũ ad qđ vocamur cũ dr̃: Uenite bñ. ⁊c̃. Dixi quarto: ꝙ erim⁹ dĳ p participationẽ. pſ. lxxxi. Ego dixi dĳ eſtꝫ. Jn illo enĩ regno tanta erit amicicia. tanta vnitas ⁊ cõiũctio btoꝝ ad ip̃m deũ ꝙ non ſolũ filĳ dei amici dei: ſed etiã ꝓpter participationẽ ⁊ infinitatẽ dei ad ipos btõs vocabunt̃ dĳ. Uidemus enĩ ꝙ dum aliq̇s ab alio multũ intenſe amat̃: dicit̃ ille qui amat. q̃ dilectio trãſſormat amantẽ in amatũ. Jbi aũt deus ſctõs ſuos amabit intẽſe: ſic q̇dem vt ſeip̃m det in premiũ cuicũq̃ꝫ btõ: ideo nõ imerito vocabunt̃ dĳ p participationẽ. Uñ Petrus de bethono ait: ꝙ per deos intelligunt̃ viri iuſti: q̇ a cõibꝫ cõditionibꝫ ſunt ſeparati ab humanis vicĳs alieni: ⁊ maxime dicunt̃ dĳ q̇ ſũt in celis celeſtia ꝯtẽplãdo q̇ ſunt imortales ſp in ſtatu grẽ pſeuerando: ſunt inuiſibiles a viſibꝫ humanis ſe occultãdo. ſunt omni

ſcientes diuinā ſapientiā amplexando:
ſunt omnipotētes mirabilia opa faciēdo
vñ de his pōt exponi illud.i. Reg.xxviij
Deos vidi aſcendētes de terra: qꝛ ꝓpter
vitam iuſtā ⁊ ſanctā quā tenuerūt in ter
ra: dij erunt in celis participādo ꝓprieta
tes quaſdā quodāmodo ipius deitatis.
O ꝗtum debemus optare ad hanc dig/
nitatē ꝑuenire vt dij per participationē
ſimus. Ad hāc igiť participationē voca
mur cū diciť. Venite bñdicti.

ſ **Eptima gloꝛia a**
nime erit animaꝝ decoꝛ mira
bilis. Si enim deceat reginā
eſſe oꝛnatā multipliciter dum ꝯiungiť re
gi ꝗto magis decet quālibet creaturam
beatā ⁊ cōiunctā ꝑfecta cōiunctione ſpō
ſo ſuo deo eſſe multipliciter oꝛnatā ſicut
alias fuit tactū aliꝗliter Talis aūt oꝛna
tus ⁊ decoꝛ aīaꝝ ſanctaꝝ erit in quatuoꝛ
Primo in lumine glīe intellectū eleuāte.
Secūdo in munere grē affectū ꝑficiente
Tertio in ꝟtutū decoꝛe diuinitꝰ collataꝝ
Quarto in ipaꝝ tenoꝛe ꝑ actuſ acꝗſitaꝝ
Dixi pͥmo ꝙ oꝛnatus ⁊ decoꝛ animaꝝ
erit in lumine gloꝛie ⁊c. ⁊ hoc eſt qđ dicit
ꝓpheta Dauid. pš.xxxv. In lumine tuo
videbimus lumē.i. inquit de lyra. In lu/
mine creato gloꝛie videbimus lumē tue
eſſentie: qꝛ videri nō poteſt ab intellectu
creato niſi ad hoc eleueť per lumē gloꝛie
foꝛtificās lumē naturale intellectus cre
ati: ſicut nec oculus noctue poſſet videre
lumē ſolis niſi aliquo ſibi addito foꝛtifi/
careť ꝓpter quod diciť.ij. metaphiſice: ꝙ
ſicut ſe habet oculus noctue ad lumē ſo/
lis ita intellectus noſter ad ea q̄ ſunt ma
nifeſtiſſima ſꝫm virtutē intellectus nr̄i ex
cedētia. Sicut lux ſolis eſt maxime viſi/
bilis: tñ impꝛopoꝛtionata noctue oculis
hec ille. Ad qđ ꝓpoſitū plura dicit ꝑ pul
chꝛa ſcūs Tho.x.ꝑte. q.xij. arti.iiij. et.v.
Cōſidera igiť ꝙ ſi eſſes in aliquo loco ob.
ſcuro ⁊ multū optares videre aliꝗd ibi/
dē exiſtēs ꝗtū gauderes ſi tibi miniſtra
reť lumē magnū ⁊ grāde ꝓpter qđ videre
poſſes apte ⁊ manifeſte viſibile deſidera
tuz videri. Utiqꝫ multū gauderes. Sic
certe inter oīa que ſume deſiderare debe
mus ad videndū eſt deus nr̄ qꝛ in tali vi
ſione eſt felicitas eterna. Joh.xvij. Dicē
te xp̄o. Hec eſt aūt vita eterna vt cogno
ſcāt te ſolū deū verū et quē miſiſti Jeſuz
xp̄m: vt igiť deus in ſe videať requiriť lu
men adiuuās intellectū ad vidēdū: ſicut
lumē a ſole emiſſuz adiuuat oculū ad vi/
dendū nō tñ ſolem ad mouendū. Sicut
ergo nō videť ſol materialis ab oculo coꝛ
poꝛali ſine emiſſiōe luminis vel radij in
oculū: ſic nec ab oculo ſpūali ſol iuſticie
ſine lūine ab ipo intellectu emiſſio. Hoc
aūt lumē exigit intellectus debilitas: qꝛ
nō poteſt lumē illud increatuz videre in
ſua claritate niſi aſſimileť ei perfecta aſſi
milatione. Omne aūt ſimile ſimiliſſime
eſt ſimile ſꝫm Aug.li.lxxxiij. q.xiij. Ocu/
lus aūt ſpūalis cuz ſit in patria increato
lumini ſimilis non eſt ſimilis ꝑ eſſentiā:
ſed ꝑ ꝑticipationē: ergo opoꝛtet ꝙ habe/
at aliqđ lumē ſibi inherēs ⁊ increato lu/
mini aſſimilās. Sicut em̄ qđ eſt ſile ſū/
me bonitati ꝑ participationez habet bo/
nitatē ſibi inherentē ⁊ ſume bonitati aſ/
ſimilantē. Sic in ꝓpoſito in eius viſione
opoꝛtet ponere aliqđ lumē creatū in ocu
lo ſpūali inherēs ei ⁊ aſſimilās illi lumi/
ni. Et huic videť ꝯcoꝛdare Aug. ad ita/
licū di. In tantū videbimus inꝗtū ſimi/
les ei erimus Dico ergo ſine p̄iudicio ꝙ
lumē increatū videbiť in ſua claritate: in
patria per lumē creatū mediū aſſimilās
ei foꝛmaliter ſpūalem oculū. Dicere etiā
oppoſitū eſt erroꝛ dānatus in clemētinis
extra de here. Ad nr̄m. Ubi diciť ꝗnto
ꝙ q̄libet intellectualis natura ſeipa na/
turaliter eſt btā qđqꝫ aīa non indiget lu
mine glīe ipam eleuāte ad deū videndū
⁊ eodē beate fruēdū. Et ſequiť in fine ca.
Nos ſacro cōcilio appꝛobante ſectā cū p̄
miſſis erroꝛibꝫ dānamꝰ ⁊ repꝛobamꝰ ⁊c.
Hoc igiť lumine creato eleuabiť ⁊ deco/
rabiť aīa nr̄a in celeſti glīa. Vñ ſicut lu/
mine ſolis dies pulchꝛa diciť: ſic aīa nr̄a
tali lumine oꝛnabiť ⁊ pulchꝛificabiť. Ad
hmōi ergo oꝛnatū vocamur: dū diciť per

thema noſtrū. Venite bn̄di ꝛc̄. Dixi ſe/
cundo ꝙ animarū noſtrarū decoꝛ erit in
munere gratie ꝛc̄. Nā in gl'ia erit gratia
ꝯſummata ꝛ ꝑfecta ꝓpter qđ apl's. i. Co
rinth. xiij. Prefert charitatē ſiue gloriaꝫ
alijs ꝟtutibꝫ di. Charitas nunꝙ̄ excidit
Qđ declarās Nic. de ly. ait. Apl's oñdit
hic excellentiā charitatis reſpectu alioꝝ
donoꝝ ꝗ̄tum ad ꝑmanentiā: qꝛ ſicut eſt
in via: ſic ꝑmanebit in patria cū augmē
to. Vñ ait ibidē apl's. Siue ꝓphetie eua
cuabunt̃: ꝓphetia em̄ eſt reſpectu futuri.
Status aūt patrie futurū nō expectabit
ſed ibi erit finale cōplementū oīum. Itē
ꝓphetia eſt cognitio enigmatica q̄ ceſſat
in patria: vbi ē clara cognitio. Siue lin
gue ceſſabūt qđ nō eſt intelligēdū de coꝛ
poralibꝫ linguis: qꝛ ſancti reſurgēt in in/
tegritate coꝛpis. Similiter hec ceſſatio
nō eſt intelligēda ꝗ̄tū ad vſum linguaꝝ
qꝛ ibi erit laus vocalis: ſm ꝙ dicit gloſa
ſuꝑ pſ̄. Exultatiōes dei in gutture eoꝛū:
ſed intelligēdū eſt de dono linguaꝝ quo
aliq̄ in ꝑ̇mitiua eccl'ia linguis varijs lo/
quebant̃. Act. ij. Propter illos qui nō in/
telligebāt linguā natiuā apl'oꝝ: q̄ tūc ceſ
ſabit: qꝛ q̇libet ꝗ̄tūcunꝙ̄ linguā intelli/
get ꝓpter qđ nō erit neceſſariū loqui vari
is linguis. In ꝑ̇mo em̄ ſtatu generis hu
mani erat vnus ppl's ꝛ vnū labiū oīum.
Geñ. xi. ꝛ multomagis videt̃ ſic foꝛe in vl
timo ſtatu ꝯſummatiōis omniū: ſequit̃.
Sciētia deſtruet̃ ſcꝫ ſciētia hic acq̄ſita:
non tamē quo ad ſpēs intelligibiles: ſed
quo ad habitū modernū qui eſt ꝑ cōuer
ſionē ad fantaſmata. Tali ꝟo ꝯuerſione
nō indiget aīa btā. Sequit̃. Ex ꝑte eniꝫ
cognoſcimus ꝛc̄. Vbi apl's facit talē ra
tionē: Adueniēte ꝑfectione tollit̃ impꝑfe
ctio ei oppoſita: ſtatus autē gl'ie ꝑfectiſſi
mus eſt ergo ipo adueniente tollunt̃ do
na habētia impꝑfectionē vel ſimpliciter:
vel quantū ad id ꝙ eſt impꝑfectionis: oīa
ſunt huiuſmodi p̄ter charitatē q̄ eſt ideꝫ
cū gr̄a gratū faciēte: vel habet eā inſepa/
rabiliter annexā: ergo in gl'ia tollunt̃ oīa
alia ſimpliciter vel ſm q̇d. Ideo ait apl's
Ex parte eni cognoſcimus. i. imperfecta
eſt ſcientia nr̄a que habet̃ in via: ꝛ maxi/
me illa que eſt de deo ad quē ſe habet in/
tellectꝰ noſter ſicut oculus noctue ad lu/
cem ſolis. ij. Metha. Et ex parte ꝓpheta
mus. i. impꝑfecta eſt cognitio ꝓphetica eo
ꝙ eſt enigmatica ꝛ per iſta duo dona in/
telligit̃ alia impꝑfecta excludēda. Cū au
teꝫ venerit qđ ꝑfectū eſt. i. ſtatus gloꝛie q̄
eſt ꝑfectiſſimus euacuabit̃ qđ eſt ex par/
te. i. imperfectū: qđ declarat ꝑ ſimile de
ſtatu puerili impꝑfecto qui ceſſat adueni
ente ſtatu virili ꝑfecto di. Cum eſſeꝫ par
uulus loq̄bar vt paruulus ſcꝫ balbucien
do ꝛ impꝑfecte ſapiebā vt ꝑuulus appꝛo/
bando aliq̄ que magis erāt repꝛobāda:
ꝛ ſimiliter repꝛobādo que magis erāt ap
pꝛobāda. Cogitabā vt paruulus ſcꝫ va/
na ꝛ inutilia. Cū autē factus ſum vir eua
cuaui que erant paruuli ſcꝫ p̄dicta ꝛ cō/
ſimilia ꝑfectioni virili nō ꝯueniētia. Et
ſequit̃. Videmus autē nūc per ſpeculū:
hic oſtēdit ꝙ alia dona a charitate ſunt
impꝑfecta: quia nūc videmus per ſpeculū
ꝛ in enigmate: qꝛ hec ſimilitudo creatu/
rarū ad dn̄i obſcura et valde imperfecta:
tunc aūt. i. in patria: facie ad faciē. i. clare
Nunc cognoſco deuꝫ ex parte. i. obſcure
ꝛ impꝑfecte: tunc autē cognoſcā ſicut ꝛ co
gnitus ſum a deo. Sicut eniꝫ cognoſcit
eſſentiā noſtrā ita tūc cognoſcemus ſuā.
Iſtud tn̄ ſicut nō impoꝛtat eq̄litatē cog/
nitionis ſed ſimilitudinē tm̄ longinquā
Si aūt arguat̃ ex dictis ꝙ charitas eua/
cuabit̃. quia nūc eſt impꝑfecta. Dicēdū ꝙ
non valet qꝛ qñ impꝑfectio cōuenit alicui
per ſe euacuat̃ adueniēte ꝑfectione: ſi au
tē inſit ꝑ accidēs manet ſicut impꝑfectio
eſt de ratione pueritie: nō aūt eſt impꝑfe/
ctio de rōne humanitatis ꝛ ideo adueni
ente ſtatu virili ceſſat pueritia: nō aūt hu
manitas cui per accidēs cōpetit impꝑfe/
ctio inꝗ̄tū eſt in puero. Impꝑfectio vero
ꝑ ſe reſpicit ſcientiā nr̄am ꝛ ꝓphetiā vt di
ctū eſt ꝓpter qđ euacuant̃. Charitati ꝟo
competit imperfectio per accidēs ꝓpter
imperfectionē ſcꝫ cognitionis adiuncte
Charitati eni per ſe cōpetit in deū tēde
re: ſed ꝙ nunc impꝑfecte tendit eſt per ac

erit animarū decoꝛ mirabilis

videns ſcʒ ꝓpter cognitionis imperfectio
nem ꝓpter quod manet adueniēte cogni
tione ꝑfecta. ideo cōcludit apl's di. Nūc
autē .i. tēpoꝛe vie manēt fides: ſpes: cha/
ritas: tria hec: ⁊ per iſta duo fidē ⁊ ſpem
intelliguntᷣ alia dona de quibꝫ hic non fa
cit expreſſe mentionē que ſunt euacuan/
da in patria. Maioꝛ autē hoꝝ eſt chari
tas. Fides eni ⁊ ſpes ſunt excellētioꝛa ce/
teris donis euacuādis: quia ſunt virtu/
tes theologice que dantᷣ nobis ad cōiun/
gendū nos deo: alia vero dona ſunt q̄dā
diſpoſitiōes nobis date vt reddamur be
ne mobiles a ſpiritu ſctō: et ſic oꝛdinantᷣ
ad virtutes theologicas vt ad fines. Et
quia charitas eſt maioꝛ fide ⁊ ſpe ſequitᷣ
ꝙ etiā ſit maioꝛ ceteris donis: hoc de ly/
ra. Iſta eſt veſtis nuptialis ſine qua nul
lus recipietᷣ ad vitā eternā: et quicūqꝫ eā
habuerit in fine ſaluabitᷣ: de qua dicitur
Math. xxij. Amice quō huc intraſti nō
habēs veſtē nuptialē: vbi ait de lyra. Vo
catur autē amicus pctōꝛ ꝓpter naturā q̄
ad imaginē dei facta eſt et ꝓpter fidē in/
foꝛmē que dei donuʒ eſt licet nō ſufficiat
ad ſalutē. Hec ille. Iſta eſt igitur veſtis
aurata de qua oēs veſtiuntᷣ in gloꝛia pa/
radiſi: vnde xp̄s videns oēs ſaluādos in
dutos hoc veſtimēto dicet illis. Venite
benedicti ⁊c̄. Dixi tertio ꝙ oꝛnatus be/
atoꝝ erit in virtutū decoꝛe diuinitus col
latarū. Poſſet eni quis q̄rere an ſola cha
ritas que eſt virtus infuſa erit oꝛnamen
tū ſanctarū animarū. Reſpōdetᷣ ꝙ nō il/
la ſola: ſed etiā multe alie erūt oꝛnamen/
tū. Si eni in baptiſmo multe alie virtu/
tes a charitate infunduntᷣ ad decoꝛē ipſi
us ſaie: nō eſt dubitandū quin etiā in pa/
tria aie beate oꝛnentur ⁊ veſtiantᷣ multis
ſpeciebus virtutū: vnde aie beate pote/
runt dicere illud Iſa. lxi. Gaudēs gaude
bo in dn̄o ⁊ exultauit aia mea i deo meo:
qꝛ induit me veſtimento ſalutis: ⁊ indu/
mento iuſticie circūdedit me q̄ſi ſpōſum
decoꝛatū coꝛona: ⁊ q̄ſi ſpōſam oꝛnatā mo
nilibus ſuis. Cum dicit ꝓpheta Induit
me veſtimēto ſalutis: intelligitᷣ charitas
qꝛ illa eſt que diuidit inter filios regni ⁊

ꝑditionis: ſicut dicit Augu. ⁊ indumēto
iuſticie per qd̄ intelliguntᷣ aie virtutes in
fuſe. Remanebūt etiā acquiſite ſicut q̄r/
to dicitᷣ non ſolū vt oꝛnamentū ſed et ſm̄
actus ſuos pꝛincipales nō ſecundarios.
Prudentie eni actus vel vſus p̄ncipalis
nullū deo ꝑponere: ſecūdarius eſt inſidi/
as p̄cauere qui inſidie in patria nō erūt:
⁊ ideo ibi pꝛudētia non erit q̊ ad h̄: Sʒ
quo ad pꝛimū actū tm̄ qui dictus eſt Tē
perantie inſuꝑ vſus p̄ncipalis eſt nullo
motu noxio delectari ⁊ hoc erit in patria
Secūdus actus eſt cogitatiōes pꝛauas
cohibere ⁊ hoc nō erit in patria vbi nihil
noxiū erit. Itē foꝛtitudinis actus ſecun/
darius eſt ꝑferre moleſtias ⁊ hoc nō erit
in patria: p̄ncipalis vero eſt deo firmiter
adherere ⁊ hic actus erit in patria: quia
ſancti deo adherebūt ⁊ ſine ſeparatione
ꝑpetuo cōiungentᷣ. Itē iuſticie actus ſe/
cūdarius eſt ſubuenire miſerijs ⁊ hic nō
eſt in patria: vbi nullus erit miſer: p̄nci/
palis vero eſt deo regēti ſubditū eſſe ⁊ ex
hoc redditᷣ ei qd̄ ſuuʒ eſt: ⁊ iſte actus erit
in patria vbi oēs deo erūt ſubditi ſine cō
tradictione ⁊ rebellione: igitᷣ virtutes ac
quiſite remanebūt in ſctis in gloꝛia quo
ad actus p̄ncipales vt dictū eſt. Talis er
go oꝛnatus ſanctoꝝ poteſt deduci et ar/
gui ex rebus viſibilibus. Deus eni celū
oꝛnauit ſtellis: aerē auibus: aquam: piſci
bus: terrā ab extra herbis ⁊ floꝛibus: ab
intra vero auro ⁊ argento et alijs metal
lis et etiam lapidibus pꝛecioſis vt patet
ad ſenſum. Videmus etiaʒ ꝙ homines
honoꝛis ſe diebus feſtiuis cultioꝛibus ve
ſtimentis adoꝛnant per quod deſignatᷣ
oꝛnamentū interiuſ: ſi ergo ſic eſt in iſtis
coꝛpoꝛibus: quid erit in gloꝛia. Certe in
coꝛpoꝛabiliter anime ille beate oꝛnabū/
tur excellentius. Unde dicitᷣ Iob. xxvi.
Spiritꝰ dn̄i oꝛnauit celos id eſt beatos
Si ergo homines cupiunt oꝛnari his re
bus trāſitoꝛijs q̄nto magis debent opta/
re illis oꝛnari ſpiritualibus oꝛnamētis.
Sic igitur patet de oꝛnatu ſpirituali in
celeſti gloꝛia ad quē vocamur in thema/
the. Venite benedicti ⁊c̄.

# Octaua gloria a-

nime erit cõpleta pax intermi
nabilis Iſa.xxxij. Erit opus
iuſticie pax Et ſequitur. Sedebit pp̃ls me
us in pulchritudine pacis: ⁊ in taberna-
culis fiducie: ⁊ in reqe opulenta. Et hoc
erit in quattuor.

Primo erit pax cum deo per omnimodã
conformitatem.

Secundo erit pax cum angelis per ami
cabilem charitatẽ.

Tertio erit pax cuꝫ hominibus per ani-
morũ tranquillitatẽ.

Quarto erit pax cũ hominibus per cor-
dialem ſerenitatẽ.

Primo erit pax cũ deo. Nunc ꝟo vix
poſſumus habere pacẽ cũ deo ſubijciẽdo
ei ad nutũ ⁊ cũ om̃i ꝯformitate volũtatẽ
nr̃am ⁊ hoc ꝓpter corruptionẽ nature nr̃e
q̃ inclinata eſt ad malũ Geñ:vi. Senſus
eni ⁊ cogitatio hũani cordis ad malũ ꝓ
na ſunt ab adoleſcẽtia ſua. Et hoc q2 dia
bolus invia aduerſarius eſt ⁊ ſemꝑ hoĩs
inimicus q̃ laq̃os tẽdit: lapſus parat: fo
ueas fodit: aptat ruinas: ſtimulat corp⁹:
pũgit aĩas: cogitatiões ſuggerit: dat vir
tutes odio: vicia addit amori: errores ſe-
rit: diſcordiã nutrit: pacẽ turbat: affect⁹
diſſipat: et breuiter eſt tanq̃ꝫ leo rugiẽs q̃
circuit q̃rẽs quẽ deuoret. i. Pe.v. Iſte tur
bauit pacem inter deũ et ꝑmos parẽtes.
Geñ.iij. Iſte eſt cuius inuidia mors ĩtra
uit in orbẽ terraꝝ Sap.ij. Sꝫ eo ꝓiecto
cũ ſuis in ꝓfundo inferni ꝑpetuo Apoc.
xx. vbi dicitur. Infernus ⁊ mors miſſe ſunt
in ſtagnũ ignis. Et ꝑ mortẽ ait Nic. de
ly. hic intelligitur diabolus cuius inuidia
mors ĩtrauit in orbẽ terraꝝ ſicut p̃dictũ
eſt: ſcti ⁊ beati viri q̃ hic legitime certaue
rũt pacẽ ⁊ quietẽ habebũt cũ deo ⁊ in deo
Iſta eſt pax de q̃ apl's Phil.iiij. ait. Pax
dei q̃ exuperat oẽm ſenſuꝫ: cuſtodiat cor-
da vr̃a ⁊ intelligẽtias vr̃as. Hec pax eſt
taꝫ p̃cioſa tã digna q̃ꝫ exuperat oẽm ſen
ſum oẽm eſtimationẽ Si pax hec tꝑalis
tm̃ diligitur q̃ꝫtuꝫ debet cõcupiſci pax eter
na. de pace terrena ait Aug. Tale eſt bo
num pacis vt in rebus creatis nihil gra-
tioſius ſoleat audiri: nihil delectabilius
cõcupiſci: ⁊ nihil vtilius poſſideri. Quid
igitur dicemus de pace ꝑpetua. Ideo Ber.
hanc pacẽ deſiderãs dicebat ſuꝑ Cãtica
Mecũ bene agitur ſi pacem habuero. Et
hinc eſt ꝙ in ſpe dicebat propheta in p̃s.
In pace in idipm̃ dormiam ⁊ requieſcã.
Hec eſt optima pax qñ creatoris ad cre
aturã erit amoris indiſſolubile vinculũ
⁊ cõformitas volũtatũ: ita ꝙ oẽ qð deus
voluerit ipſa btã ſanctorũ volũtas velit
⁊ oẽ qð volũtas beata voluerit ip̃e deus
velit. Sap.iij. Fideles in dilectione acq̃-
eſcent illi qm̃ donũ et pax eſt electis dei.
Ut igitur ſancti illã poſſideãt in die iudi-
cij dicetur eis. Uenite bñdic. ⁊c̃. Secũdo
erit pax cũ angelis ⁊c̃. In gl'ia eterna ha
bitãt ciues ãgelici ſub triplici ierarchia
ad quoꝝ ordines iuſti de eccl'ia militãte
aſſumuntur. Uñ btũs Aug. in. i. li. de ciui.
dei: duas enumerat ciuitates. Unã dei.
Alterã diaboli. Ciuitas dei eſt ciuitas
ſctõꝝ angelorũ ⁊ beatoꝝ de q̃ admirãdo
ait ꝓpheta in p̃s. Gl'ioſa dicta ſunt de te
ciuitas dei. Ciuitas vero diaboli ſꝑ inui
det ⁊ ꝯtradicit dicẽte ꝓpha in p̃s. Uidi
iniq̃tatẽ ⁊ ꝯtradictionẽ in ciuitate ſcꝫ di
aboli. Et hec ꝯtradictio exp̃ſſius ponitur.
Apo.xij. vbi dicitur. Factũ eſt p̃liũ magnũ
in celo michael ⁊ angeli eius p̃liabantur cũ
dracone ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eius
⁊ nõ valuerũt: neq̃ꝫ inuẽtus eſt locus coꝝ
ãplius in celo. Demões igitur hui⁹ ciuita-
tis dei ⁊ btõꝝ ĩpugnatores q̃ꝫtũ poñt nitũ
tur nos inimicos facere ꝑ pctm̃ dei ⁊ an
geloꝝ. Sꝫ ecõtra ip̃i ſci angeli nos cupi-
unt ꝓtegere ⁊ defendere. vñ Iero. ait. In
q̃t mgr̃ ſen. di.ij. ſcði. c.i. Magna eſt dig-
nitas aĩaꝝ vt vnaq̃q̃ꝫ habeat ab ortu na
tiuitatis in cuſtodiã ſui angelũ delegatũ
Gre. quoq̃ꝫ dicit ꝙ q̃lꝫ vnũ bonũ ange-
lũ ſibi ad cuſtodiã deputatũ: ⁊ vnũ ma-
lũ ad exercitiũ hꝫ. Cũ em̃ oẽs ãgeli boni
bonũ nr̃m velint cõiter oĩ ſaluti ſtudeãt.
Ille q̃ deputat⁹ eſt ad cuſtodiã aliter eũ
ſp̃aliter hortatur ad bonũ. Sil'r ⁊ mali an
geli cũ deſiderẽt malũ hoĩm magiſ eũ ad

malū incitat:et ad nocēdū fortius inſtat
ille qui ad exercitiū eius deputatus eſt.
Hec magiſter: Et rōnez huius cuſtodie
aſſignās. Hiero. in omelia feſtiuitat3 an
geloꝝ ait: Nec em̄ tuta poſſet eſſe huma
na infirmitas inter tot ⁊ tantas hoſtis il
lius inſidias: niſi ſctōꝝ angeloꝝ munire
tur auxilio. Hij igit̄ ciues celi: ꝙ̄tum in
ipſis eſt nos ꝓmouent ad pacem ſempi/
ternā. Unde quidā ſunt actus angelici
reſpectu hominū in quib⁹ ꝓprie conſiſtit
angelicū miniſteriū: ſicut eſt excitare ad
bene agendū ſiue ꝓmouere: adiuuare: di
rigere: ⁊ ſilr̄ cuſtodire: defendere: ſiue
tueri cōtra hoſtes ⁊ ꝯtra malā, ſilr̄ a ma
lo reuocare ad bonū. ⁊ iſtud miniſteriū
reſpicit hoīem ſm ſtatū vie ⁊ meriti. Alij
ſunt actus angelici: in quib⁹ large et im/
proprie dicimus cōſiſtere miniſteriū an/
gelicū: ſicut eſt aſſiſtere aīab⁹ ſanct3: gra
tulari de bonis ipſaꝝ ſicut ē de gloria aſ/
ſociare ipas: ⁊ quaſi ad modū deducētis
ſe habere ad ipſas cum aſcendūt ad celū
empirreū: ⁊ iſti ſunt actus oſtenſiui cha/
ritatis ⁊ dilectiōis quā habēt angeli ſan
cti ad aīas. Et rō quare iſtos vltimos a/
ctus habēt reſpectu taliū aīaꝝ eſt multi/
plex. Prima eſt ꝓpter cōſūmationē meri/
ti angeloꝝ. Cum em̄ ipſi angeli quotti/
die mereant̄ ex hoc ꝙ miniſtrāt animab⁹
ꝓpter adeptionē ſalutis. in hoc cōſūmat̄
⁊ terminat̄ meritū coꝝ. Quādiu em̄ ani/
me ſunt citra terminū: tādiu ſunt angeli
in merendo rōne ipaꝝ: ⁊ ideo gratulant̄
animab⁹ in adeptiōe plena illius glorie.
Scda rō eſt ꝓpter reuerentiā ipaꝝ aīaꝝ:
dignū em̄ eſt ⁊ iuſtū ꝙ qui hic in eccl'ia
militante humiliant̄ ⁊ conculcant̄ ꝓpter
amorē xp̄i in aſcenſu ad eccleſiā triūphā
tem honorent̄ a ciuib⁹ eccleſie triūphan/
tis. Tertia rō eſt ꝓpter oſtēſionē idonei
tatis aīaꝝ ad ipm ſuū premiū: ⁊ ad p̄mij
locū. Unde q2 angeli miniſtrauerūt ani
mab⁹ ſanct3 imerito: ⁊ ideo nouerūt me/
rita ipſaꝝ: ipſi ſunt q̄ ſciūt ⁊ poſſunt por
tare teſtimoniū de idoneitate ipſarū ad
premiū ⁊ ad gradum premij. ꝓpter iſtas
igit̄ rōnes dicimus ꝙ angeli aſſiſtunt in
aſcenſu ad celum: non ꝓpter indigentiā
ipſarū: ſed ꝓpter reuerentiā ⁊ rōnes di/
ctas. In illa igit̄ gloria erit amicabilis
dulc3 ⁊ vera pax inter angelos ⁊ ſanctos
cum illa ciuitas ſuis ciuib⁹ replebit̄: ⁊ an
gelica ruina ex hominib⁹ reparabitur. de
qua loquit̄ Anſel. libro de ſimilitudinib⁹
di. Omnipotēs deus ciuitatē quādam
magnā: ⁊ ad modū ſpacioſam ad ſuam
gloriā edificauit: quā copioſa ciuiū mul/
titudīe repleuit: quoꝝ nōnulli cum pro/
priā volūtatem potius elegerēt facere ꝙ̄
ſub volūtate ⁊ ordine dei remanere miſe
rabiliter corruerūt: ⁊ dom⁹ ⁊ edificia ma
gna ⁊ ſpacioſa vacua remanſerūt: vt igi/
tur aliquis qui vrbem magnā fieri ordi/
naſſet: qui multa in ea palacia cōſtruxiſ/
ſet: multaſqꝫ manſiones ad vrbis edifi/
cationē feciſſet: ſed habitatores nō habe
ret: ⁊ omnes quoſcūqꝫ potuiſſet ad ſe in/
uitaret. Sic facit deus. Om̄es eni vt ad
ſe veniāt, vt ⁊ ad ſue ciuitatis edificatio
nem ſubueniāt precat̄: admonet: inuitat
bonas leges prebens pacem ⁊ ſecuritatē
ꝓmittēs. Hec ille: Angeli igit̄ iaz ciues
illius ciuitatis nos aduocāt: vt ad ipa3
ꝯuenire valeamus: q2 ibi ſūmam pacem
cum ipſis habebim⁹. O ꝙ̄tum talem ſo
cietatē taleqꝫ amiciciā optare debemus.
Si eni vnuſq̄ſqꝫ in hac via in ciuitſte pa
cifica manere deſiderat: ꝙ̄tomag3 debe/
mus tendere ad illā eternā manſionē: in
qua ſcti recipiēdi ſunt: cū dicet̄ eis: Ue/
nite bn̄dicti ⁊c. Tertio ibi pax erit cū
hoīb⁹ ⁊c. In hoc eni mūdo raro inter ho
mines reperit̄ pax ⁊ tranquillitas ꝓpter
mūdanoꝝ cōcupiſcentiā. Un̄ Jaco. iiij.
dicit̄: Unde bella ⁊ lites in vobis. Nōne
ex cōcupiſcētijs vr̄is que militāt in mē
bris vr̄is. Cōcupiſcitis ⁊ nō habetis: oc/
ciditis et nō zelatis: ⁊ nō poteſtis adipi/
ſci: litigatis ⁊ belligeratis: ⁊ nō habetis.
diuitie ḡ ⁊ cōcupiſcētia earū ſunt cā litiū
⁊ guerraꝝ: ſicut videm⁹ ad experientiā.
Un̄ eni eſt guerra q̄ſi imortalis inter re
ges ⁊ regna: niſi q2 cōcupiſcūt caſtra: poſ
ſeſſiones: ⁊ cetera tpalia. Quia qd̄ vnus
poſſidet deſiderat alter hr̄e. ⁊ ex h̄ ſequū

tur mala quaſi infinita vnde inter homines q̃rele placitationes: rancores: odia: ⁊ alia mala niſi ex cõcupiſcẽtia terrenoꝝ. Ideo notãter dicit Jaco. Unde bella et lites in vobis. Nõne ex cõcupiſcẽtijs veſtris. q. d. Sic ſcꝫ vos habetꝫ talia ex mala cõcupiſcentia. Sed hec ↄcupiſcentia ceſſabit in illa celeſti gloria cũ nullus cõcupiſcet: bonũ alterius ſed erit de ſuo bono ↄtentus ⁊ de bono alterius gaudebit ſicut de ſuo ꝓprio. Jbi erit pax ⁊ trãquillitas inter ciues illius ciuitatis: quia ait propheta. Juſticia et pax oſculate ſunt. Quia ergo ibi inter ſanctos erit iuſticia ideo erit pax inter illos. Ad hanc paceꝫ vocabimur cũ nobis dicetur. Uenite benedicti ⁊c. Quarto erit pax in hominibus ⁊c. Nunc em̃ inter animã et corpus nõ eſt pax: ſed diſſenſio et guerra de qua dicit ap̃lus Galat. v. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ ⁊ ſpiritus aduerſus carnẽ Caro dicit̃ a carẽdo: quia caret omi bono. Semꝑ em̃ nititur ſpiritũ refrenare ⁊ per delectationes infeſtare per varias cogitationes moleſtare per mũdi tribulationes. ij. Chorint. vij. Nullã requiẽ habuit caro noſtra. Qualis aũt ↄtrouerſia ſit inter carnem ⁊ ſpiritũ oſtendit ap̃lus Gal. v. Ubi enumerat. xvij. opa carnis: que ſunt ſicut. xvij. ſagitte ſiue machine cuꝫ q̃bus preliat̃ aduerſus ſpiritũ. Dicit ergo manifeſta ſunt opera que ſunt fornicatio: immũdicia: impudicitia: luxuria: idoloꝝ ſeruitus: veneficia: inimicitie: cõtentiones: emulationes: ire: rixe: diſſenſiones: ſecte: inuidia: homicidia: ebrietas: cõmeſſationes. Sed in gloria erit ſũma ↄcordantia inter aiam ⁊ corpus: dum ipſum corpus ad nutum: in oĩbus obediet ſpiritui ſicut magis dum dicet̃ de gloria corporis dicemus: vñ tunc corpus nõ impediet aĩam cõtemplatiõe dei. Unde beatus Aug. xiij. de ciui. dei dicit ꝙ corpus ſumma ⁊ mirabili obtemperãdi facultate ſubdet̃ ſpiritui omi corruptibilitate ⁊ tarditate detracta: imo reſumptio corporis iuuabit ⁊ quodãmõ ꝑficiet beatitudinẽ aĩe: q᷑ appetitus naturalis qui eſt ipſius aĩe ad corpus ceſſabit ⁊ reſũptio corporis ꝓmouebit ipſam in deuꝫ. Sic igit̃ erit pax ⁊ cõcordia ac magnus amor inter aĩam ⁊ corpus in illa regione beatorũ Unde btũs Bern̄. in quodã ſermone de oĩbus ſanctis qui incipit. Auertiſtis niſi fallor ⁊c. dicit ſic. Acceperũt ſanctorũ aĩe iam ſingulas ſtolas: ſed nõ veſtiũtur duplicibus donec veſtiamur et nos. Sed vnde hoc o miſera caro: o feda: o fetida: vnde tibi hoc. Anime ſctẽ quas deus ipſa inſignauit imagine: quas ꝓprio redemit ſanguine te expectãt ⁊ iparũ ſine te cõpleri leticia: ꝑfici gloria ↄſummari beatitudo nõ poteſt. Adeo ſiquidẽ viget in eis hoc deſideriũ naturale: vt nec dum tota eorũ affectio pergat in deum: ſed cõtrahat̃ quodãmodo et rugã faciat duꝫ inclinant̃ deſiderio tui: hec ille. Erit igitur pax aĩe cõpleta duꝫ corpus ſuũ habebit et corpus ipm̃ a ſua gloria ꝑficiet̃. Si igitur dum corpus eſt infirmũ optamus eius ſanitatẽ: q̃to pluſ debemus deſiderare eiuſdẽ impaſſibilitatẽ de q̃ poſt dicet̃. Cum igit̃ in hoc corpore mortali ꝑegrinamur a dño ſic viuamus vt illã pacem obtinere valeamus que pax nobis ↄcedet̃ dum in die iudicij nobis dicetur. Uenite benedicti ⁊c.

Nona gloria anime erit ſacietas deſiderabilis: ſicut em̃ ait magiſter ſniaruꝫ: di. i. ij. ca. iij. Dei tanta eſt bonitas vt beatitudinis ſue qua eternaliter beat⁹ eſt: alios velit eſſe participes quã vidit ⁊ cõmunicari poſſe et minui non poſſe. Et ſequit̃ ca. vi. Si querit̃ ad q̃d creata ſit rationalis creatura. Reſpõdet̃. Ad laudãdum deũ: ad ſeruiendũ ei: ⁊ ad fruenduꝫ eo: in quibꝫ ꝑficit ipa nõ deus. Quia rationalis creatura eſt facta a deo: ⁊ referẽdũ eſt ad creatoris bonitateꝫ: ⁊ ad creature vtilitatẽ. Et ſicut factus eſt hõ ꝓpter deum. i. vt ei ſeruiret: ita mũdus factus eſt ꝓpter hoĩem ſcꝫ vt ei ſeruiret. Hec magr̃ Unde hõ naturaliter habet vultũ ad celeſtia: ereptũ ⁊ ſtaturã corꝑis ſurſum ꝓle

uatā ad celū. Un̄ ſm Iſid. Abuſiue ho/
mo dictus eſt ab humo cuz ex ſocietate:
nō tm̄ corpis ſed aie ſit cōcretus:et ideo
grece antropos.i.ſurſum erectus cōpella
tur:eo ꝙ ab humo ad cōtemplationē ſui
artificis ſpūs regine ſubleuat. Un̄ Oui
dius in li.de trāſformatis. Pronaq̄ꝫ con
ſpectant aialia cetera terrā. Os homini
ſublime dedit celūq̄ꝫ videre. Juſſit ⁊ ere/
ctos ad ſydera tollere vultus. Que oia
denotāt hoiem ad illā celeſtē gloriā a na
tura ſua tendere ⁊ habere appetitū et in/
clinationē. Ibi igit erit ſacietas ⁊ quies
ſui deſiderij ſm quattuor.

Primo finem ſuū attingēdo.
Secūdo a labore quieſcēdo.
Tertio virtuoſe cōuiuendo.
Quarto loco celi cōſiſtendo.

In gloria igit erit ſacietas hoīs finez
ſuum attingēdo:finis em̄ eſt illud ꝓpter
qđ aliqđ fit ſm phos. Alio mō finis eſt
vltimū rei ſiue ad qđ aliquid ordinat.i.
Thi.i. Finis p̄cepti eſt charitas. Sed
ſimpliciter vltimus finis ille:de quo be/
atus petrus.i. Pe.i. Credētes autē exul/
tabitis glorificata leticia inenarrabili et
glorificata reportātes finem fidei veſtre
ſalutē aiarum veſtrarū. De quo Aug. li.
xxij.de ciui.dei dicit. Ipſe erit finis deſi/
deriū nroꝝ qui ſine fine videbit ſine faſti
dio amabit:ſine faſtigatione laudabitur
Iſte eſt finis nr̄ ſicut ipe di. Apo.i. Ego
ſuz alpha ⁊ o p̄ncipiū ⁊ finis:de hoc fine
acquirēdo debet eſſe p̄ncipalis ⁊ ſingula
ris cura ⁊ diligētia: libētius em̄ facit hō
qđ p̄cipit qn̄ magnū eſt p̄miū qđ ꝓmittit
Cū igit vita eterna ſit ſūmū premiū ⁊ im
mēſum qđ deo obediētib⁹ et mādata ei⁹
cuſtodiētib⁹ eſt ꝓmiſſum: q̄ꝫta vigilātia
debem⁹ eius voluntatē facere ⁊ cuſtodi/
re. Ideo dicit Mat.xix. Si vis ad vitā
ingredi ſerua mādata. Ecce ꝑ qđ ille fi/
nis attingit poſſibiliter:⁊ habet: Proue.
vij. Serua mādata ⁊ viues et legē meaz
q̄ſi pupillā oculi tui : liga eam in digitis
tuis ſcribe illā in tabulis cordis tui Hec
eſt igit. via ꝑueniendi ad finē nr̄m. Uis
igit ſaciari:vis omni bono ditari: vis ꝑ/

fici omī gaudio ⁊ ꝯſolatione. Fac bn̄ vi/
uendo ꝙ ad hūc finē attingas qui dabit
his q̄bus dicet. Uenite bn̄.⁊c̄. Scđo di/
cit ꝙ in gloria erit ſacietas a labore quie
ſcēdo. Uidemus em̄ ꝙ is qui labore ve/
xat expectat quietē ⁊ dū illā ꝯſequit mul
tū delectat. Quot laborib⁹ quot turbati
onib⁹ vexat hō in hoc mundo. Notū eſt.
Et Job ait.xiiij. Homo nat⁹ de mu.bre.
v.tpe.re.m.miſerijs ſcz.calore frigore fa
me ſiti infirmitatib⁹ ⁊ hmōi ꝓpter pctm̄
p̄mi parētis. Sed in vita bta nō erūt ta
les miſerie:q2 ibi erit ois ⁊ ꝑfecta reqes
Sicut dr̄ Apo.xiiij. Ubi btūs iohānes
ait. Audiui vo.de ce.di.mihi. Scribe bti
mor.qui in.do.mori. Ammodo iaz dicit
ſpūs vt re.a la.ſuis. Dictū eſt igit iohāni
ſcribe ſcz in libro vt ad ꝯſolationē electo
rū diutius:ꝯſeruet bti ſcz erunt mortui q̄
in dn̄o.i.in gr̄a ⁊ charitate dei moriunt.
Nā q̄ manet in charitate in deo manet
⁊ deus in eo:vt dicit.i. Joh.iiij. Dicit em̄
ſpūs ſctūs.i.ꝓmittit iā: vt reqeſcāt amo/
do.i.poſt mortē a laborib⁹ ſuis.i.ab ope/
ribus laborioſis quib⁹ vitā eternā meru/
erūt. Sed ſūme ꝯſiderādū eſt dictū pro
phete quo dicit. Ipſi vo nō cog.vi.m.q̄.
iu.in ira mea ſi intro.in re.meā. Qđ ex
ponēs Nico.de lyra.ait. Ipſi nō cog.vi.
me.i.p̄cepta mea de quib⁹ debebāt ambu
lare quib⁹ iuraui.i.irreuocabiliter diffini
ui ſi intro.i.nō intrabūt in requiē meā.i.
in terrā ꝓmiſſionis q̄ fuit figura quietis
btōꝝ ⁊ patiētia:q2 oia in figura cōtinge
bāt eis.i. Chorin.x. De hac reqe loquit
apl's Heb.iiij. Timeamus ergo ne forte
relicta pollicitatiōe introeūdi in requiē
eius eſtimet aliq̄s ex nobis deeſſe Et ca.
ij.dicit ꝓpterea abūdātius oportet obſer
uare nos ea q̄ audiuim⁹ ſcz a filio dicta
in euāgelio:⁊ ꝑ apl'os p̄dicata:⁊ hoc ab/
undātius q̄ꝫ verba ꝓphetaꝝ vel angeloꝝ
obſeruata fuerint a iudeis Mat.v. Ni/
ſi abūdauerit iuſticia vr̄a pluſq̄ꝫ ſcriba/
rū ⁊c̄. Oportet hoc inquā ne forte ꝑ efflu
amus.i.eternaliter puniamur : fluimus
quidē ſm glo.ꝑ culpā originalē effluim⁹
ꝑ actualē venialē ⁊ mortalē:ſed ꝑ efflui/

mus per eternā damnationē. Et no. hic
Nico. de ly. forte arbitrij libertatē nō du
bitationē. Hec Pe. de tharētaſia. Itē ſe
quitur ca. iiij. Feſtinemus ergo ingredi in
illā requiē vt ne in idipm̄ q̄s incidat cre
dulitatis exemplū. Feſtinemus inq̄t pe.
oēs ſimul nō q̄libet p ſe. Unuſ em̄ debet
aliū trahere ⁊ ſollicitare: ⁊ ita vnanimit
feſtinari ingredi p fidē ⁊ bona opa in il/
lam nō figuratiuā vt eſt reqes ſabbati et
terre pmiſſiōis: ſed in requiē verā ⁊ eter
nā: de q̄ Iſa. xxxij. Sedebit pplus meus
in pulchritudīe pacis in tabernaculo fi/
ducie in requie opulēta. Feſtinem⁹ inq̄
in hoc ne q̄s. i. aliq̄s nr̄m incidat in idip/
ſum incredulitatis exemplū. i. in eandez
culpā incredulitatis in quā inciderūt an
tiqui p̄res: que culpa debet nobis eſſe in
exemplū vt caueamus: vel ſic. Ne aliq̄s
nr̄m incidat in ip̄m. i. eādē penā incredu
litatꝫ in quā inciderūt p̄res q̄ pena debet
nobis eſſe in exemplū vt timeamus. Hec
petrus de tharētaſia. Hodie ḡ ait apl's.
Heb. iij. ſi vocē eius. i. xp̄i audieritꝫ. Et
Nico. de ly. Hodie. i. in tpe gr̄e in quo ve
ritas eſt reuelata: tp̄s em̄ legis fuit qua/
ſi tp̄s noctis ſm q dicit apl's Rom. xiij.
Nox p̄ceſſit dies autē appropinquit. Si
vocē. Et ponitur hic ſi p q2: vox ipius xp̄i
loquētis audita eſt in euāgelio: in natu/
ra hūana aſſumpta. In veteri autē teſta
mēto audita eſt vox pphetarū eius ſm q
dicit Aug. in li. de ſermōe dn̄i in mōte ex
ponēs illud Math. v. ⁊ apiēs os ſuū ⁊c̄.
Tūc em̄ ille apuit os ſuū qui in veteri le
ge apiebat ora pphetaꝝ. Nolite obdura
re corda vr̄a p inobediētia: homo em̄ in/
obediēs deo ab eo ſe auertit: ⁊ p ꝯſeq̄ns
deus iuſte gr̄am ſuā illi ſubtrahit Et q2
gratia dei cor mollificat ⁊ p cōſequēs in
ſubtractiōe gratie ſequitur ipius hois ob/
duratio. Talis aūt obduratio eſt ab ho/
mine inchoatiue ⁊ demeritorie: inq̄tum
per liberū arbitriū adheret pctō ⁊ per cō
ſequēs auertitur ab eo inq̄tum in ſe eſt: ⁊
ſic demeretur q deus ei ſubtrahat gratiaz
ſuaz: ⁊ ſic eſt a deo inq̄tum eſt pena iuſti
inflicta. Nolite ergo obdurare corda vr̄a

id eſt voluntates veſtras per inobedien/
tiā: ſed ſolliciti ſimus per obedientiam
de ingreſſu ad illā requiē: de qua ait bea
tus Aug. lib. ꝯfeſſionū. Inquietū eſt dn̄e
cor meū: donec requieſcat in te. Ad quaz
inuitabimur ⁊ ad quā vocabimur dū no
bis dicetur. Uenite bn̄dicti ⁊c̄. Tertio di/
ctum eſt q ibi erit quies deſiderij virtuo
ſe cōuiuendo: inclinamur enim a natura
ad ip̄as virtutes tanq̄ ad perfectionē in
trinſecā: nam virtus eſt mētis diſpoſitio
qua mens rationi cōſentit ⁊ obedit. Un̄
Aug. li. de ſpū ⁊ aīa inquit virtus eſt ha
bitus mētis bene inſtitute. Et idē libro
de libero arbitrio virtus eſt bona q̄litas
mentis qua recte viuitur: qua nemo male
vtitur q̄ deus in nobis ſine nobis opera
tur. Que diffinitio de virtutibus infuſis
maxie intelligitur que oīa in illa celeſti pa/
tria p̄cipue complebuntur. Unde ppheta
ait q ſancti ibunt de virtute in virtutem
videbitur deus deorum in ſyon. Mediante
omni virtute cor ad ſupna erigitur: et a ter
renis ſegregatur. Similes eni ſunt virtu/
tes aeri quo ſi doliuz plenū fuerit nunq̄
in profundum aque deſcendit. Simili/
ter teſta que plena rore tacta radijs ſo/
lis per eſtum cui innititur aſcendit. Sic
mens repleta virtutib9 inferiora cōtem/
nens ad ſublimiora ſe trāſuehit per ſan/
cta deſideria ⁊ affectiones ſinceras. Un
de Macrobius ait: q ſole virtutes bea/
tum faciūt: ideo viri perfecti non decor/
ruptibilibus ſcꝫ auro ⁊ argento theſau/
rum faciunt: ſed de virtutibus. Per has
ergo vincimus hoſtes noſtros ⁊ perueni
mus ad celuz. Uirtuoſus quidē per ſuf/
ficientiā vincit diuicias per abſtinentiā
vincit delicias: per ſapientiā vincit blan
dicias: per patientiam vincit triſticias.
Unde quidā philoſophus capta ciuita
te ſpoliatus vna cū ceteris omnib9 tēpo/
ralibus ſolus nullū dolorem deducebat:
imo ceteris lamētantibus gaudiū oſten
debat. Interrogatus igitur cur nō triſta
retur. Reſpōdit. Fortuna ſua recepit mea
aūt nō portauit. ſed dimiſit ſcꝫ virtutes.
In illa igitur vita beata oēs erūt ditiſſimi:

quia virtutibus repleti: ⁊ talis erit vita
iocunda. Sicut eñ terreni et aïales ho/
mines gaudēt in diuicijs mundi in the/
ſauris iſtis qui cito perdunť: ita incōpa/
rabiliter plus gaudebūt et ſaciabunť in
diuicijs illis ſpūalibꝫ. Sāctiviri in gl'ia
paradiſi cōuiuentes. Vñ virtus dicit̃ q̃ſi
virēs ſtatus cuiuſmodi erit ſtatus glo/
rie ad quē ibimus ⁊ aſcendemus medio
virtutis dum diceť. Venite be. ⁊c̃. Quar
to ſaciabimur loco celi cōſiſtendo: locus
eñ beatoꝝ erit celū empireū: vt dictū eſt
in principio. Unde ẜm veritatē fidei ca/
tholice aïe decedētes a corporibꝫ ſine vl/
lo purgabili: vel iam ꝑfecte purgate ſta/
tim euolāt ad celū empireū qđ eſt locus
ſue glorie. Et ratio huius eſt: qꝛ ſtatus
beatitudinis eſt altiſſimu ſ vniformis ſta
bilis ⁊ īmutabilis: vt diceť amplius con
ſequēter: ideo cōgruit ꝙ locus ſit ei depu
tatus habens cōditiones cōſimiles ⁊ cō
formes tali ſtatui. Celum autē empireū
eſt altiſſimū nobiliſſimū in quo eſt vnifor
mitas inuarietas ⁊ īmutabilitas. Decla
ratur etiā: quia cū xp̄us ſit caput omniū
beatoꝝ: vbi eſt caput ibi debent eſſe ⁊ mē
bra: ⁊ cum ſit caput hominū nō ſolū pro
illo ſtatu quo ſunt aïe in corporibus: ſed
etiam aliarū ꝓ omni ſtatu ſanctitatis in
quo ſunt tenendū eſt et credendū ꝙ oēs
aïe que ſunt: digne ſuo conſortio et nihil
purgabile habēt ad celū empireū in quo
eſt xp̄s ſublimenť. Itē hugo de ſancto vi
ctore. ij. lib. de ſacramētis. xvi. pte ca. iiij.
Loquens de loco inferni ſubdit. In hoc
inferno dicūt eſſe ignē inextinguibilē ad
hunc infernū aïe ſceleratorū a corporibꝫ
egreſſe ſtatim retrudi eſtimanť: ⁊ qui ab
hac vita purgabili exeunt ſine mora ad
celū vbi ẜm humanitatē ſuam xp̄s ieſus
in dextera dei patris ſedet in gloriā cōti/
nuo deduci creduntur: ſicut ſcriptum eſt
Matth. xxiiij. Ubicunqꝫ fuerit corpus
ibi cōgregabunť et aquile. Dicit eñ Ri/
char. di. xlv. ꝙ celū empireū q̃uis in nul
lo augeat aïarum beatarū delectationē
eſſentialē: in aliquo tamē auget eis dele/
ctationē accidentalē inq̃tum ille aïe lo/
cum illū pluſq̃ alia loca diligūt. Preſen
tia aūt rei dilecte aliquā cauſat delecta/
tionē. Ratio autē quare illū locum plus
ceteris diligūt triplex eſt. Una qꝛ locum
illū ſciunt ſibi eſſe deputatū a deo quem
ſumme diligūt. Secunda ratio eſt: qꝛ in
illo ꝑpter exceſſum nobilitatis ſue natu/
re ſup alia corpora exp̄ſſius q̃ in alijs lo
cis refulgere tanq̃ in effectu diuinā bo/
nitatē conſpiciūt. Tertia ratio eſt: qꝛ illi
us loci ſublimitas: luminoſitas: imobili/
tas: ſuā ſpiritualē ſublimitatē exp̄ſſius
⁊ luminoſitatē ⁊ q̇etis ꝑpetuitatē q̃ q̃li
tates aliorū locoꝝ repreſentāt. Unuſq̇ſ/
qꝫ autē plus ceteris paribus diligit locū
qui magis eſt rep̄ſentatiuus ſue nobili/
tatis quaꝫ diligit. Hec ille. In hoc igiť
compleť ⁊ quodāmodo ꝑficitur beatitu
do ſctōꝝ ꝙ ſunt in celo empireo ad queꝫ
locum aſcenſuri ſumus non ſolū ẜm ani
mā: ſed etiam ẜm corpus et animā cum
audituri ſumus verbū ꝓ themate ſum/
ptū ſcꝫ Venite bñdicti ⁊c̃.

D Ecima gloria ani
me erit felicitas inuariabilis
⁊ hoc maxime veruꝫ erit poſt
generalē reſurrectioneꝫ ſicut poſt decla/
rabiť. Tunc eñ erit ꝑfecta felicitas.
Abſqꝫ triſticie admiſſione.
Abſqꝫ aliqua fatigatione.
Abſqꝫ aliqua ceſſatione.
Abſqꝫ aliqua alteratione.

Primo igiť erit ꝑfecta felicitas abſqꝫ
triſticie admixtione. Felicitas eñ mun/
dana nō eſt ſic ꝑfecta quin aliqua poſſit
accidere triſticia. Immo q̃tūqꝫ aliq̇s ſit
in hoc mūdo ꝑfectus dicere pōt cū ꝓphe
ta. Heu mihi qꝛ incolatus meus ꝓlong.
eſt. Ubi glo. Heu mihi qꝛ incolatus me
us. i. ꝑegrinatio huius ſeculi ꝓlōgata eſt
q̃tum ſi breue ſit tp̄s tñ deſiderio nimio
longū videť. Itē vt ibidē diciť aſcendere
cupiēs ad eternā hierl'm multos inuenit
obſiſtētes: nō a linguis eoꝝ cupit liberari
dicēs. Dñe libera aïam meā a la. ini. ⁊ a
lin. doloſa. nā cū cogitat hō aſcēdere ſiue
ꝑficere ꝯtēpto ſeculo ſoli deo adherēbo

incipit pati linguas aduerſantiuꝫ.i. de/
trahentiū. ⁊ qđ grauius eſt quaſi ꝯſulen
do ad ſalute aduertentiū. Has aūt q̄ nō
patiť nōdū ꝓficere conať. aſcēſur⁹ ḡ p̄mo
cōtra eos p̄cať. q.d. Quia me i gradu cō
ſtituiſti. iam ḡ. O dn̄e libera aīam meā
a labijs iniq̄s. i. que iniqua ſuadēt: ⁊ a li/
gua doloſa: que ſub ſpecie ꝯſulendi plus
nocet. Talia em̄ labia p̄mo hoi occurre/
rūt. vñ perijt. labia em̄ iniqua fuerūt q̄bꝫ
exp̄ſſum eſt comede: lingua doloſa q̄ pa/
liato fine cōſilij dictū eſt. eritis ſicut dij.
Peregrin⁹ quidē hō trāſiēs ꝑ villas ſꝑ
habet canes infeſtos. Vñ Sene. Natu/
ra canū eſt imbecilliū: q̄ꝫ tomin⁹ vires ha
buerint plus latrare. hec in gloſa Et hec
quidē ⁊ alia plura pñt eſſe cauſa triſticie:
iuxta illud ꝙ ꝑ eūdē ꝓphaꝫ dr̄: Defectio
tenuit me. ꝓ pec. dere. le. tuā. Glo: In me
cōſolat⁹ ſuꝫ: ſed defectio vel tediū tenuit
me. ꝓ pctōꝛibꝫ ⁊c̄. Tedet em̄ eū: q: cū his
cōuerſať: donec area vētileť: vel tediuꝫ et
defect⁹ eſt ei ꝓ exceſſibꝫ peccantiū: q: pl⁹
grauat ſctm̄ virū q̄ꝫ ſua pena: quoꝝ dolo
re defecit: tanta eſt virtus pietatis. Hec
glo. In illa autē felici vita nō erit lingua
doloſa: nō erūt labia detrahētia: nec erit
quicq̄ꝫ qđ poſſit eſſe cā doloꝛis. Vñ nos
hec audiētes: ⁊ ad celeſtē hierl'm ſuſpirā
tes dicere poſſum⁹ cū ps̄. Letatus ſuꝫ in
his que dicta ſunt mihi: in do. do. ibim⁹.
Amoꝛ nāq̄ꝫ qualiſcūq̄ꝫ ſit vacare nō pōt
nam ſi terrenus eſt: aīam ad ꝯcupiſcēda
terrena inclinat. Si vero celeſtis eſt ad
celeſtia ſubleuat: ⁊ ad eterna inflāmat:
vbi ſunt cōciues nr̄i angeli Hec glo. Si
ergo amoꝛ diuinus ſit in nobis in domū
dn̄i ibim⁹: vbi ꝑfecte gaudebim⁹: dū no/
bis diceť: Venite bn̄. ⁊c̄. Scđo illa feli
citas erit abſq̄ꝫ fatigatōe. Hoc em̄ mira
bile ꝙ ſancti in illa cōtēplatiōe ⁊ viſione
btā nō fatigabunť: nunc ꝟo cum deū con
tēplamur: aut aliq̄d boni facim⁹ intātū
ſumus fragiles ꝙ patimur fatigā: ⁊ non
poſſum⁹ ſemꝑ oꝛare: aut bene agere: ⁊ h̄
videť ꝓcedere a parte coꝛꝑis. de quo diciť
Sap. ix. Coꝛpus qđ coꝛrūpiť aggrauat
aīam: ⁊ depꝛimit terrena inhabitatio ſen
ſum multa cogitantē. Vñ Nico. de lyra
ait: Coꝛpus coꝛruptibile impedit intel/
lectū in ſuo oꝑe. Ideo dicit coꝛp⁹ qđ coꝛ
rūpiť aggrauat aīam. q.d. Hoc nō facit
coꝛpus inq̄ꝫtū coꝛpus: q: nō impediebat
in ſtatu innocētie: ſed inq̄ꝫtū coꝛruptibi/
le quale factū eſt per pctm̄ ade: ⁊ terre/
na inhabitatio dep̄mit ſenſum. i. intelle/
ctū multa cogitātē. nam ꝓpter hāc inha/
bitationeꝫ habet cogitare de neceſſarijs
multis ex parte coꝛꝑis. Hec ille: In illa
vero gloꝛia celeſti coꝛpus nullo mō im/
pediet aīam a cōtēplatōe diuina: vt poſt
diceť: nec ꝑ ꝯſequēs erit aliqua fatigatio
aut laboꝛ in illa felicitate: ſed ſemꝑ plena
⁊ ꝑfecta delectatio ⁊ infatigabilis. Hoc
tn̄ p̄miū infatigabiliter quo ad habituꝫ
⁊ deſideriū aīe debemus appetere. Ubi
ſciendū: ſicut ait Ni. de lyra ſuꝑ. ij. Coꝝ.
v. Q: appetitus eſt inclinatio ſequēs foꝛ
mam. Eſt aūt in nobis duplex foꝛma: ſcꝫ
naturalis: et gr̄a habitualis. Appetitus
aūt nature inclinauit ad cōſeruādū vnio
nem aīe cū coꝛpoꝛe. ⁊ ideo diſſolutionē
refugit ⁊ abhoꝛret. Appetitus autē gr̄e i/
clinat ad cōſecutionē gloꝛie: que cōſiſtit
in clara dei viſione ⁊ fruitiōe. Igiť ſi aīa
poſſet cōſequi gloꝛiā abſq̄ꝫ diſſolutōe coꝛ
poꝛis hui⁹ moꝛtalis appetitus gr̄e tende
ret in cōſecutionē gloꝛie celeſtiꝫ ſine retar
datiōe ꝑ appetitū naturalē. Sed q: hoc
nō pōt fieri. ideo appetitus naturalis eo
ꝙ refugit naturaliter diſſolutionē: hanc
quodāmodo repugnat appetitui gratie.
Ideo ait apl'us ibidē: In hoc ingemiſci
mus habitudinē nr̄am. i. deſideram⁹ cū
tedio dilatōis gloꝛie cōſecutionē: qui de
celo eſt: q: dať a deo. ⁊ nō eſt ex p̄ncipijs
intrinſecis nature: ꝓpter qđ indumentū
diciť. Ioh. dicit apl's. Suꝑindui cupien
tes appetitu. ſ. gr̄e. ſi tn̄ veſtiti nō nudi in/
ueniamur. i. ſi abſq̄ꝫ diſſolutiōe coꝛpoꝛis
coꝛruptibilis quo induiť aīa: vt veſtimē
to poſſet ſuꝑindui gloꝛia: tunc abſq̄ꝫ ali/
quo retardāte appetitus gr̄e: in hoc ferre
tur: ſed q: hoc eſt impoſſibile. ideo retar
dať per naturalē appetitū diſſolutionē a/
nime ⁊ coꝛpoꝛis abhoꝛrentē: ꝓpter quod

ſubdit̃. Nam ⁊ q̃ ſumus in hoc tabernaculo.i. in hoc corpore mortali ingemiſcimus grauati de diſſolutōe corpis ⁊ aīe: eo ꝙ noluimꝰ expoliari corpe ꝑ mortē: ſꝫ ſupueſtiri.ſ. glorie veſtimēto. Appetitꝰ tñ grē in oībꝫ ſctis vincit appetitū nature. ideo ait apl̃us. Audemꝰ aũt.ſ. ſine trepidatōe ⁊ bonā volūtatē habemꝰ.i. delectationē in mentē magis ꝑegrinari a corpe id eſt diſſolotionē huiꝰ corporis ꝑ mortē ſubire ⁊ p̄ñtes eſſe ad deū.i. vt ꝑ hoc habeamꝰ clarā dei viſionē: ⁊ ꝑfectā fruitionē. hec Nic. de lyra: ꝓpter qđ apl̃s ait .i.c. ad Phil.. Coartor em̄ e duobꝫ.i. moueor ad ꝓpetendū duo que nō p̄ñt ſil̃ haberi deſideriū habēs diſſolui ꝑ mortē corporalem ⁊ eſſe cum xp̄o.ſ. in gloria. Multo melius eſt.i. videt̃ ꝓ me. ꝑmanere aũt in carne.i. diutius viuere magis neceſſariū eſt ꝓpter nos.i. ad nr̃am cōfirmationē in fide ⁊ moribꝫ ꝑ doctrinā meā. Hec de lyra Gr̃a igit̃ in paulo ſupuincēs appetitū nature euꝫ inclinabat infatigabiliter ad gloriaꝫ. ⁊ hec erit rō quare in illa gloria nulla erit fatigatio: qꝛ illa gloria erit cū gr̃a ꝯſūmata in corpe glorioſo: ſicut poſt dicet̃. Et ideo illā beatā vitā optātes nō fatigemī animis vr̄is deficiētes. Heb. xij. Ad hanc igit̃ vitā felicē vocabimur: dum xp̄s ꝓferret: Uenite bñdicti pa. ⁊c̃

Tertio illa felicitas erit abſq̧ ceſſatione: nūc quidē qñq̧ oportet ceſſare ab opere virtutꝫ: vel q̈cūq̧ alio opere: nam poſt vigiliā oportet dormire: oportet etiā nūc bibere nunc cōmedere: Et ſic nō valemꝰ eandē operationē abſq̧ ceſſatiōe facere. in illa gloria nō ſic: nunq̄ em̄ ibi dormiemus. nunq̄ ab eadē operatōe ceſſabimꝰ ſed dei viſio ⁊ fruitio breuiter oēs operatiōes ibidē aīe ⁊ corpori cōuenietēs erūt ꝑpetue ⁊ ſine ceſſatōe. Nec in inferno ceſſabūt tormēta: ſed erunt ꝑpetua ⁊ abſq̧ fine. ꝓpter quod Salomon monet nos abſq̧ ceſſatiōe audire doctrinā que poſſit nos ꝑducere ad gloriā dicēs Prouer. xix. Non ceſſes fili audire doctrinā: nec ignores ſermones ſcientie. Nam ſicut illa gloria eſt in ꝯtinua viſione ⁊ fruitiōe dei. ſic diſpoſitio ad illā eſt in ꝯtinua acquiſitione ſcientie ⁊ virtutū q̄tum poſſibile eſt. Unde Cryſo. ſup Matth. Deus ita nos diſpoſuit eſſe: vt nec ſtudētes nec laborātes circa ſcripturas acq̈ramus ſalutē ſciētie ſine gratia dei: vt ne nobis imputemus qđ ſcimus: nec tñ gr̃am acquiremus: niſi ſtuduerimꝰ et laborauerimus circa ſcripturas ne donū dei negligentibꝫ det̃. Gratia dei adiutoriū eſt infirmitatis humane. adiutoriū autē non dormientibꝫ datur: ſed feſtinātibꝫ ⁊ p̄ualentibꝫ. Sicut in bello nō oīs que pugnat vincit. Nemo tñ vincere pōt niſi pugnauerit. ſic non oēs qui ſtudent ⁊ legunt acquirūt ſciētiā ſpiritualē. Nemo tñ acquirere poteſt niſi qui aut ſtudioſuſ fuerit ad legendū: aut aſſiduus ad audiendū. Hec ille. Et Eccl̃i. vi. Cogitatuꝫ habe in p̄ceptis dei: ⁊ in mādatis illius maxime aſſiduus eſto. Nam vt eodē lib. dicit̃. c. ij. Qui timent dñm inquirēt que beneplacita ſunt illi: et qui diligūt eum replebunt̃ lege ipiꝰ. Et ratio eſt: qꝛ ſicut lux eſt neceſſaria gradiētibꝫ vt recte ambulent. Sic noticia legis ad deū tendētibus. Ideo dicit̃ Prouerb. vi. Cōſerua fili p̄cepta patris tui. Et ſequit̃: Cū ambulaueris gradient̃: cum dormierꝫ cuſtodient te Et euigilās loquere cum eis: qꝛ mandatū lucerna eſt: ⁊ lex lux. Sed hodie viam hanc lucis ⁊ iuſticie inuigilant omnibꝫ malis: nec ceſſant a pctis. Non ſic in illa vita btā erit: in qua ſm Berñ. noſtrū rōnale deus implebit luce ſapientie: ita vt penitus nulla ſcientia deſit. Implebit cōcupiſcibile noſtrū fonte iuſticie vt oīno deſideremꝰ eam ⁊ ea penitus repleamur. Noſtrū iraſcibile replebit ſumma iocūditate atq̧ leticia. Hec ille: Nō ceſſemꝰ igit̃ benefacere chariſſimi: quia qui ꝑſeuerauerit vſq̧ in fineꝫ: hic ſaluus erit. Matth. x. qꝛ nec ceſſabimꝰ illā diuinā eſſentiā cōtemplari: ad quam vocabimur dum nobis dicet̃: Uenite bñdic. ⁊c̃.

Quarto dictū eſt ꝙ illa felicitas erit ſine alteratiōe. In hoc em̄ mūdo ſunt valde multe alteratōes: tam in anima q̄ in

# erit felicitas inuariabilis

coꝛpoꝛe:ſicut notũ eſt:ſunt multa impe/
dimenta vt nõ valeam⁹ ad illud regnuʒ
per venire:niſi cum magna difficultate.
Sed in celeſti gloꝛia nulla erit alteratõ:
nec in anima:nec in coꝛpoꝛe: imo omnia
erunt ſic ſtabilia ſic placẽtia: vt quilibet
beatus poſſit dicere:illud Job.xix.Glo/
ria mea ſemꝑ inuocabit᷑. Nam res meli
us placent:⁊ magis ſunt gloꝛioſe. Jdeo
ad denotandũ ſũmã delectationẽ illius
gloꝛie:dicit᷑ ꝙ ſemper innouabit᷑: qꝛ tale
ac tantũ erit gaudiũ poſt milia miliũ an
noꝝ:imo ⁊ in ꝑpetuũ ꝙ̃tum erit in ꝓmo
aggreſſu ad illã. De ſignis aũt que oſtẽ/
dunt hoiem eſſe de numero electoꝝ ad il
lam gloꝛiã ait Bernꝰ. Quis poterit dice
re ego de electis ſum:ego de ꝑ̃deſtinatis
ad vitam.ego de numero filioꝝ reclamã
te nimirũ ſcriptura Eccli.ix. Neſcit ho/
mo vtrũ dignus ſit amoꝛe vel odio. Cer
titudinẽ vtiqꝫ nõ habem⁹:ſed ſpei fidu/
cia cõſolat᷑ nos:ne dubitatõis huius an/
xietate penitus cruciemur. Propter hoc
data ſunt quedã ſigna ⁊ indicia manife/
ſta ſalutis:vt indubitabile ſit euʒ eſſe de
numero electoꝝ. in quo ea ſigna ꝑmanſe
rint. Nam quos preſciuit ⁊ ꝑ̃deſtinauit
deus cõfoꝛmes fieri imaginis filij ſui vt
quibꝫ certitudinẽ negat cauſa ſollicitu/
dinis fiduciã preſtet gratia cõſolatiõis:
itaqꝫ qui ſtat videat ne cadat.⁊ in ea foꝛ/
ma que ſalutis indiciũ eſt ⁊ argumentũ
predeſtinatiõis ꝑſeueret atqꝫ pꝛoficiat.
Poꝛro inter ea que fiduciã preſtat ⁊ ma/
teriam ſpei illud vnum maximũ eſt ver/
bum dñi Joh.viij. Qui eſt ex deo:verba
dei audit. Nõnullos em̃ ſic interdũ inue
nies audiẽtes: ac ſi nihil ꝑtineãt ad eos
que dicunt᷑ nõ intrare coꝛ ſuũ nõ diſcute
re moꝛes ſuos nõ cogitare:ne foꝛte quod
audiũt dictũ ſit ꝓpter eos. Si foꝛte ſmo
dei manifeſte aduerſus vicia illa ꝓceſſit
quibꝫ ſe illi ſentiũt obligatos diſſimulãt
⁊ auertũt oculos coꝛdis.aut qualibꝫ ad/
inuentõe palliant vicia:⁊ ſeducũt miſe/
ri ſemetipos. Jn his ergo ſalutis ſigna
non video magis autẽ vereoꝛ:ne foꝛte ꝓ/
pterea non audiant verbũ dei:qꝛ ſunt ipi

ex deo. Eſt ⁊ aliud teſtimoniuʒ qđ in ter/
ra datur ad diſcernẽdos celi ciues a ciui
bus babylonis. Non enim ſine teſtimo/
nio electos ſuos deſerit deus:aut certe q̃
nam eis poterat eſſe ꝯſolatio inter ſpem
et metũ ſollicitudine anxia fluctuantibꝫ
ſi nullũ electionis ſue habere teſtimoniũ
merent᷑. Pꝛoinde fidelis ſermo ⁊ omĩ ac/
ceptione dignus quo ſalutis teſtimonia
cõmendant᷑. Tres ſunt inquit qui teſti/
moniũ dant. Spũs:aqua:⁊ ſanguiſ. Jn
pꝛimo homĩe omnes peccauim⁹:in ipſo
etiam cecidimus vniuerſi. Cecidimus
ſane in carcerẽ luto ⁊ lapidibꝫ plenũ: ex/
inde iacebim⁹ captiui inquinati cõquaſ
ſati donec venit deſideratus gentibꝫ:qui
nos redimeret:ablueret: adiuuaret. hic
eſt em̃ qui ſanguinẽ ꝓpriũ dedit in redẽ/
ptionẽ:aquã ſimul ꝓduxit de latere ſuo:
in ablutioneʒ. Emiſit deinde de excelſo
ſpiritũ ſuum: qui adiuuaret infirmitatẽ
noſtrã. Quis eſt autẽ qui teſtimoniũ ha
bet effuſi ſanguinis chꝛiſti: niſi qui con/
tinet a pecatis. Seruus em̃ peccati eſt:
qui facit pctm̃:qui ſi deinceps contineri
poterit:⁊ iugum abijcere miſere ſeruitu
tis certiſſimũ habet teſtimoniuʒ redem
ptionis: quaʒ operat᷑ ſine dubio ſanguis
chꝛiſti. Uerum non ſufficit pctõri ſi non
aſſit etiam penitẽtia. Habet ergo ab a/
qua teſtimoniũ q̇ laboꝛat in gemitu ſuo
lauans ꝑ ſingulas noctes lectũ ſuũ. Sa/
ne nouũ ſuꝑueniſſe ſpm̃:certiſſime noua
cõuerſatio teſtat᷑. Jam vt breuiter repetã
a ſanguine ⁊ aqua:⁊ ſpũ habere teſtimo
niuʒ eſt ſi cõtines a pctis:ſi dignos agis
penitẽtie fructus ſi facis opera vite. hec
Bernꝰ Ex his igit᷑ ſignis poteſt eſſe ſpes
⁊ cõiectura eterne predeſtinatiõis ad il/
lam gloꝛiã: de qua pauca locuti ſumus:
in qua ſunt aliqua mlťo plura que loqui
nõ videmus.qꝛ vt dicit᷑.i.Coꝛinth.ij ocu
lus nõ vidit:nec auris audiuit nec in coꝛ
hois aſcendit: que ꝑ̃parauit deus diligẽ
tibus ſe:quibus dicturus eſt vt oſtendat
magnitudinẽ gloꝛie ſue. Uenite benedi
cti ⁊c. Et ſic dictum eſt de his que perti/
nent ad animã ⁊c.

c Onſequenter
videndū eſt de beatitudi
ne corporis: vñ nō ſoluꝫ
beata erit anima: ſed et
ipſum corpus ſuo modo
btificabit̃: Circa qd̕ tria ſunt declarāda.
Primū erit de generali reſurrectōe.
Secundū erit de finali diiudicatōe.
Tertiū erit de corpoꝝ glorificatōe.
Circa primū ait aplus. i. Corinth. v.
Omnes quidē reſurgem⁹: ſcꝫ tam boni
q̄ꝫ mali: ſed nō om̄es imutabimur: ſcꝫ de
ſtatu animalitatis ad ſtatū ſpūalitatis.
Iſte em̄ eſt articulus fidei: qͣ ſcꝫ credim⁹
carnis reſurrectionē: qui q̄uis nō poſſit
ꝓbari neceſſaria rōne. pōt tñ ꝓbari aucto
ritate ⁊ rethorica perſuaſiue ſic. Juſtū re
muneratorē decet vt illa cōiungat in cō/
ſolatiōe premīj que ſua virtute cōiūxerat
in labore meriti. ſed de⁹ eſt iuſtuſ remune
rator: ⁊ ſua potētia ſiue virtute aiam ꝯiū
xit corpori in labore vite pn̄tis: ergo ani
mā cōiunget in cōſolatōe premīj vite fu/
ture. Hoc aūt fieri nō pōt niſi illi qui de/
ceſſerūt reſurgāt a mortuis. ergo ⁊c̄. Pre
terea premiū correſpōdere debet merito:
et pena demerito. ſed anime ſaluandorū
merent̃ in ſuis corporib;: ergo ⁊ anie ſal/
uandoꝝ tandē debēt p̄miari in ſuis cor/
porib;: ⁊ ita aie dānatoꝝ debent cruciari
in ſuis corporib;. Item cum anima nata
ſit eſſe corporis forma: ⁊ forma naturalē
habeat īclinationē ad materiā. aia habꝫ
naturalē inclinationē ad ꝑficienduꝫ hu/
manū corpus ⁊ regendū: ſed nulla natu/
ralis inclinatio ē fruſtra. qꝛ vt dicit̃ p̄mo
de celo ⁊ mūdo. natura nō facit aliqd̕ fa/
ctū vanū. ⁊ ſi hoc eſt verū de natura natu
rata: multo fortius hoc eſt verū de natu/
ra naturāte. Hoc eſt de inſtitutore crea/
te nature. qui tñ ipaꝫ nō naturaliter: nec
de neceſſitate ſed libera volūtate īſtituit
Fruſtra aūt et vane eſſet in aia ſeparata
p̄dicta inclinatio ſi nunq̄ꝫ eēt hūano cor
pori iterū viuēda. Quāuis em̄ natural̕
appetitus btitudinis in dānatis reman/
ſurus ſit ꝑpetuo incōpletus: nō tñ eſt fru
ſtra: qꝛ eſt ad maioris iniquitatꝫ in qua
obſtinati ſunt punitionē: ⁊ ꝑ hoc ad diui
ne iuſticie manifeſtationē: nō ſic tñ poſ/
ſet ꝓdici de inclinatōe animaꝝ: ſi nunq̄ꝫ eſ
ſent iterū corporib; vniende. Non enim
pōt dici q̄ ꝑpetua priuatio cōplementi il
lius inclinatiōis eſſet: ꝓpter animaꝝ ob/
ſtinationē in pctō: qꝛ hec cauſa extēdi nō
poſſet ad aias beatas. hanc rōneꝫ ponit
Richar. Item anima rōnalis naturali/
ter appetit vniri ſuo corpori. ergo imper/
fecta btitudie. ipa aia eſt ſuo corpori vni
ta: antecedēs ptꝫ ꝑ beatū Aug. ſup Gen̄.
ad lr̄am vbi ait: q̄ aia btā retardat̃ ne to
ta intentiōe ferat̃ in illud ſūmū celū. ſ. di/
uinā eſſentiā ꝓpter appetitū ſeu deſide/
riū qd̕ habet ad viuificandū corp⁹ ſuuꝫ:
minor etiā ptꝫ: qꝛ imꝑfecta btitudine oē
deſideriū aie implet̃. Et Rich. inqͣt hoc
reqͥrit vniuerſi ꝑfectio. De ꝑfectiōe omī
eius eſt triplex ſubſtātia: ſcꝫ pure corpo/
ralis ⁊ pure ſpūalis: ⁊ ex corporali ⁊ ſpi/
rituali cōpoſita. Unde hac parte ſue ꝑ/
fectiōis careret vniuerſuꝫ ꝑpetuo ſi aie a
corporib; ſeparate nunq̄ꝫ corꝑib; vnirent̃
hec ille. Vñ mgr̄ diſ. xliij. iiij. c. i. ait: Re/
ſurrecturā carnē omniū qͥcūq̄ꝫ nati ſunt
atq̄ꝫ naſcent̃ ⁊ mortui ſunt: atq̄ꝫ morient̃
⁊ nullaten⁹ ambigere debet xpian⁹. Ait
em̄ Eſa. xxvi. ſm̄ tranſlationē. lxx. interp̄
tum. Reſurgēt mortui: ⁊ reſurgēt qͥ erāt
in ſepulchris. Et Aplus. ij. Theſſa. iiij.
Nolum⁹ vos ignorare de dormiētib; ⁊c̄.
Recta g̊ fides ait Bonauē. dicit reſurre
ctionē corpoꝝ nr̄oꝝ eſſe futurā. ⁊ ad hoc
credendū adiuuat̃ ꝑ fidem reſurrectiōis
xp̄i iam facte. Si em̄ xp̄s eſt caput ⁊ mē
bra debēt ꝯformari capiti. Cū xp̄s reſur
rexit ꝯſtans eſt: vt ⁊ nos reſurgam⁹. Et
Rich. Anime vnient̃ eiſdē corporib; nu/
mero: a qͥb; ſeparate fuerūt. Aie em̄ ſepa
rate inclinant̃ naturaliter ⁊ determina/
te ad illa corpora que aiauerūt. Quāuis
em̄ a p̄ncipio creatiōis aia que eſt huius
corporis forma potuiſſet fuiſſe cōueniēs
alteri⁹ corporis ſil̕is. tñ ex ſui vnione ad
corpus ad ipm̄ determinate cōtrabit na/
turalē amiciciā. Exēplū hui⁹ ponit̃ tale.

Supponunt. due puelle in oibus ſiles hoc exceptoq numero differũt. Quãuis a pn cipio indifferens eſſet alicui viro ducere quãlibet iſtaꝝ. tñ vna ducta iam non eſt indifferẽs ad vtrãqꝫ. et ſi ambe reſurgerent in ſtatu corruptibili iterũ nupture magis inclinaret ad illã: cum qua familiaritatẽ cõtraxit pus. Preterea rectitudo iuſticie hoc exigit: vt dictũ eſt. vt qui pticipes ſunt i merito vel demerito participes ſint in pena vel pmio. Et hoc eſt qꝫ dicit Job. xix. Jn nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: ⁊ rur. circũ. pe. me. ⁊ in. c. m. v. d. ſal. meũ. Erit igit idẽ homo numero qui pus fuit: qd determinat Richar. di. Diuina puidẽtia oms hoies determinat: in ſuũ finẽ electos ordinat i vltimũ finẽ rõne ſcz finalis bonitatis eis debitũ. Jllã bonitatẽ ⁊ illũ finẽ eis cõferendo. Reprobos ordinat in vltimũ finẽ eis debitũ rõne finalis malicie: nõ illam maliciã eis cõferendo: qꝛ malicia nõ eſt a deo: ſed iuſte pmittẽdo eos decedere in malicia: ⁊ illũ finẽ eis iuſte infligẽdo. Jlle aũt finis eſt vltima pena. Hoies vero nõ cõſequunt finẽ ſuũ in hac mortali vita: qꝛ nec aſſequunt adeptõnẽ ſũmi boni: nec pfecte eius adeptõe puant. Ergo cõſequunt ſuũ vltimũ finẽ poſt mortẽ: ſed nõ qꝫdiu non ſunt. Hoies aũt q mortui ſunt nunqꝫ erũt hoies niſi reſurgãt: ergo de neceſſitate ſequit qꝫ illi idem hoies q mortui ſunt reſurgẽt. aliter nunqꝫ conſequerent finem ſuũ vltimũ. Et ita ne aliqua opa dei remaneãt impfecta: ⁊ ne naturalis appetitus quẽ animabꝫ ididit ad ſua corpora. ſit fruſtra. aie tñ reproboꝝ rẽnient: nõ pter eoꝝ cõſolationem: ſed ad ſue dãnatõis cumulũ. Predicta tñ reſurrectio erit imediate p diuinã potentiã fiet inſup in iuſſu xpi: ſicut dicit ad Theſſa. iiij. Jpe dñs in iuſſu ⁊ in voce archangeli. ⁊ in tuba dei deſcẽdit de celo: ⁊ mortui q in chriſto ſunt reſurgẽt pmi. deinde nos q viuimꝰ q relinqmur ſemel rapiemur cuz illis in nubibꝫ obuiã xpo i aera ⁊ ſic ſemp cum dño erimus. Textus ſic exponit a Nico. de lyra. Jpſe dñs in iuſſu dicẽdo: ſurgite mortui ad iudiciũ: ⁊ in voce archãgeli. ſ. michaelis q eſt pnceps eccleſie ſub quo intelligunt angeli: alij q miniſteriũ adhibebũt in reſurrectõe colligendo pulueres: q magnũ ſonũ facient quaſi iudicij pcones. Poteſt etiam aliter exponi. vt illud dictum. Surgite mortui ad iudiciũ ſit archangeli michaelis executiue ⁊ xpi imperatiue: cuiꝰ virtute infinita fiet reſurrectio. Et ſic cũ dicit in iuſſu refert ad xpm. ⁊ qd ſubdit. Et in voce archãgeli ad michaelẽ archangelũ. Et in tuba dei. Jſta tuba nõ eſt aliud qꝫ vox pdicta que dicit tuba pter ſilitudinem tube materialis veteris teſtamenti qua fiebat cõuocatio ad conſiliũ: ⁊ pparatio ad bellũ: ⁊ inuitatio ad feſtũ: qꝛ tũc oms cõgregabunt in iudicio: ⁊ armabit creatura ad vltionẽ inimicoꝝ: ⁊ inuitabũtur iuſti ad feſtũ angeloꝝ. Deſcendetqꝫ xps de celo. naz iudicabit in forma humana apparens. ſm qꝫ dicit Act. i. Hic ieſus q aſſũptus eſt a vobis. ſ. in forma humanitatis ſic veniet. ſ. ad iudiciuz. Et mortui qui in xpo ſunt reſurgent pmi. Jſta poritas ⁊ poſterioritas nõ poteſt intelligi ad actum reſurgẽdi: qꝛ omnes reſurgent in eodẽ inſtanti ſm qd dicit. i. Corinth. xv Omnes quidẽ reſurgemꝰ. Et ſubdit in momẽto in ictu oculi: pter qd ſalua meliori iudicio videt mihi qꝫ iſta poritas et poſterioritas ſit referẽda ad quietem in chriſto in eiꝰ fide moriẽdo. Deinde nos ſimul rapiemur cum illis: iam reſuſcitati cum ipis obuiã chriſto venienti ad iudiciũ in aera: vbi pfert ſententiã iudicij ſuper vallẽ ioſaphat. vt dictũ fuit Johel. iij. Et ſic ſemper cum dño erimus: qꝛ electi a xpo nõ ſeparabunt ampliꝰ: ſed ſemper erũt ibi cõiuncti: nõ ſolum in anima ſed etiam in corpore. Hec Nico. de lyra. Bonauent. vero dicit. xliij. iiij. qꝫ in chriſto eſt aſſignare noſtre reſurrectõis duplicem cauſam. ſ. cauſaz efficientẽ ⁊ finalem. Efficientẽ aũt dupliciter aſſignare aut ſicut primũ pncipiũ aut ſicut inſtrumentũ efficiens. Sicut pmũ pncipiũ eſt xps ſm deitatẽ ⁊ tota trinitas efficiens:

ſicut inſtrumentũ eſt vox xp̄i: ad cuiꝰ ꝓ/
lationẽ ⁊ vocationẽ mortui reſurgẽt. Si
militer cauſa exẽplarꝫ dnplex eſt: vna in
qua res cognoſcitur ⁊ diſponitur. ⁊ ſic eſt dei
filius ſm naturã diuinã ⁊ tota trinitas.
alio modo in q̊s inchoatur ⁊ exemplificatur.
⁊ ſic eſt reſurrectio xp̄i. Quia vt dic̄ Au
gu: de tri. Talia erũt corpora quale xp̄s
in ſua reſurrectõe mõſtrauit Vñ fuit q̊d
dã exẽplũ in q̊ fuit nr̄a reſurrectio ichoa/
ta tanq̄ mẽbrũ in capite. ſic̄ dicitur Ephe.
ij. Deus cõuiuificauit nos xp̄o: nos ſibi
ꝑ fidẽ formatã incorporãdo: cuiꝰ gr̄a ſu/
mus ſaluati. ſ. in ſpe: ⁊ cõreſuſcitauit ſil'r
in ſpe. Dicit idem doc. ꝙ ꝑ̓us natura re/
ſurgẽt q̄ audiãt. Vñ in auditu ſunt duo
ſcꝫ receptio ſpeciei in organo ⁊ iudiciũ de
re recepta. Quãtũ ad receptionẽ p̄cedet
excitationẽ: ſed q̄tũ ad iudiciũ ſequetur. et
ita ad vocẽ xp̄i fiet reſuſcitatio ad hono
rem ipſius hũanitatꝫ in qua fuit mortuꝰ
Vñ vox iſta erit virtuoſa. Et ideo dicitur
iuſſus quaſi p̄ceptũ. Dicet ei ⁊ fiet. Erit
angelica. ideo dicitur vox archãgeli. i. ꝑ̓nci
pis. Erit nihilominꝰ ſerena. ⁊ ideo vox
tube dicitur. ⁊ ideꝫ multiplici vocabulo ex/
primitur ad inſinuandũ illius vocis ꝓprie/
tatẽ multiplicẽ ⁊ dignitatẽ. Jo. v. Noli/
te mirari hoc: q2 venit hora in qua oĩs
qui in momẽtis ſunt audient vocem filij
dei. Declarat idem doctor ꝙ in reſur/
rectione tria erunt.

Primum erit corporis ex pulueribus re
formatio.

Scd̄m ipi corpori reformato aĩe vnio.

Tertio vnitoꝝ inſeparabilis colligatio.

Primũ erit cõtra naturã. i. cõtra ſolitũ
curſum nature: que pot̄ ꝑfecta deſtruere
non tñ poteſt deſtructa reparare. Secũ/
dũ erit ſm naturã: q2 aĩa corpori optime
organizato: cui deſiderabat vniri vnietur.
Tertiũ erit ſupra naturã: ſcꝫ ex corrupti
bili fiat incorruptibile. Quia ergo ꝑ̓mũ
⁊ vltimũ nõ eſt a natura. ideo nõ eſt dicẽ
dum reſurrectionẽ eſſe naturalẽ. primũ
ſcꝫ recollectio puluerũ videtur debere fieri
per angelos: Juxta illud Matth. xxiiij.
Mittet angelos ſuos cum tuba ⁊ voce
magna: ⁊ ꝯgregabit electos eius a quat
tuor ventis celi: a ſũmis celoꝝ vſq̄ ad ter
minos eoꝝ. De lyra. Mittet angelos ſu
os: q2 miniſterio angeloꝝ colligentur cine
res mortuoꝝ. Cum tuba: ſicut em̄ in da
tione legis auditus eſt ſonus ꝑterribilis
vt habetur Exo. xx. Jdeo audietur tunc ſoni
tus cõſil'is virtute angeloꝝ factus. ⁊ vo/
ce magna. Jſta vox erit vox xp̄i vocãtis
mortuos ad iudiciũ. Et cõgregabũt ele
ctos eius. Licet enĩ oĩes adducantur ad
iudiciũ: tñ electi ſpecialiter adducentur mi
niſterio angeloꝝ: q2 erunt cõciues eorũ.
A quattuor ventis celi i. a quattuor par
tibꝫ mũdi. vnde oriuntur ꝑ̓ncipales venti:
et per hoc intelliguntur. alie partes orbis
minꝰ ꝑ̓ncipales. A ſũmis celoꝝ ⁊c̄. Jſte
modus loquẽdi eſt ſm apparentiã: q2 ſũ
mum celi videtur eſſe ſuꝑ cenith capitꝫ no
ſtri. terminus aũt celi videtur vbi termina
tur aſpectus: q2 ibi videtur celũ cõiũgi ter
re: licet ſm veritatẽ equaliter diſtet a ter/
ra vndiq̄. Eſt ergo ſenſus a ſũmis celo/
rum. id eſt: ab omni loco qui ſub celo eſt
adducentur electi ad locum iudicij. Hec
Nico. de lyra. Scd̄m hoc dicitur ꝙ corpo/
ralis recollectio puluerũ nõ fit in inſtan
ti: q2 nulla virtus creata poteſt aliqđ cor
pus de loco ad locũ transferre in inſtanti
ſed virtus angeloꝝ: quoꝝ miniſterio ta/
lis puluis materialis recolligetur. de quo
formãda ſunt corpora reſurgentiũ eſt fi/
nita: erit tñ tempus breue ⁊ inꝑceptibile
humano ſenſu: q2 q̄uis hmõi actio ange
loꝝ menſuretur tp̄e ſine euo: menſura tñ ta
lis eſt adeo velox ꝙ excedit oẽm tp̄alem
velocitatẽ ab homĩe excogitabilẽ. Jdeo
apl's dicit: qđ fiet in momẽto. Formatio
tñ corporis ⁊ animatio ꝑfiet in inſtãti: q2
ſola virtus diuina de p̄dicto puluere po/
teſt humanũ corpus formare: ⁊ formatũ
animare: que quidã virtus eſt ſimpliciter
infinita Et ſi verba apl'i referantur ad hãc
corporis formationẽ: ⁊ aĩarũ infuſionẽ
tunc pot̄ cõcedi ꝙ per ictuꝫ oculi ⁊ ꝑ mo
mentũ intelligit inſtãtaneã menſurã: nõ
tñ hoc faciet deus in inſtanti ꝓpter neceſ
ſitatem: ſed magis ꝓpter congruitatẽ: vt

ex hoc ſcʒ magis eluceſcat diuine virtu/
tis pfectio omnē virtutē creatā excedens
et hoc dico ꝓbabiliter. Et hoc ſufficit in
iſta materia ſupernaturali: ad quam in/
tellectus humanus nō poteſt ſufficiēter
attingere ꝓ ſtatu miſerie. Circa hāc ma
teriam querit Rich. vtrū ex materia cu/
iuſlibet mēbri reintegret᷑ idem mēbrum
in numero? Et ſoluēdo dicit ꝙ in mate/
ria mēbri eſt ꝯſiderare illud qđ eſt de ne
ceſſitate ad debitā mēbri cōſiſtentiā: ⁊ il/
lud qđ ibi eſt de ſuperfluitate. nam cōtin
git qñqꝫ mēbrū aliqđ plꝰ habere de ma/
teria ꝙ̄ ꝯueniens ſit forme eius. Primū
ergo redibit ad idem mēbrū in numero:
qꝛ reformatio debet reſpōdere formatio
ni. Si tñ aliter fieret: nihilominꝰ videre
tur quibuſdā ꝙ poſſet idem corpus i nu
mero reſurgere: ex quo rediret totius ea
dem materia in numero: ⁊ eadem in nu
mero forma: que ſunt eſſentiales partes
cōpoſiti: qđ ſentire videt᷑ Aug. xxij. de ci.
vbi ponit exemplū de vaſe facto in limo
⁊ poſtea in eūdē limū redacto: ⁊ de eodē
limo iterū reparato. Et ibidē dicit ꝙ ad
hoc ꝙ redeat ideʒ numero nō oportet ꝙ
illa pars materie que prius erat in fūdo
iterū ponat᷑ in fundo: ſed ſufficit ꝙ totuʒ
reparet᷑ de toto. Et ſimile dicit in li. En/
chiri. c. xci. Si ſtatua inqt cuiuſlibet me/
talli ſolubilis: aut igne liqſceret: aut cō/
teret᷑ in puluerē: aut funderet᷑ in maſſam
⁊ eam vellet artifex rurſus ex illius ma/
terie quātitate reparare: nihil intereſſet
ſi ad eius integritatē reparate que parti
cula materie cui mēbro redderet᷑: duʒ tñ
totū ex quo cōſtituta fuerat reſtituta re/
ſumeret. ita deus mirabiliter atqꝫ ineffa
biliter artifex: de quo caro noſtra cōſtite/
rat eaʒ mirabili ⁊ ineffabili celeritate re
ſtituet: nec aliqđ attinebit ad eius reinte
gritatē: vtrū capilli ad capillos redeāt:
⁊ vngues ad vngues: an quicqđ eoꝝ pe/
rierat mutet᷑ in carneʒ: ⁊ in partes alias
corporis reuocet᷑ curante artificis ꝓuidē
tia ne quid indecens fiat. Hec Aug: Di
cit inſup idem doc. c. precedēti. Non aūt
perit deo terrena materies: de qua mor/
talium creat᷑ caro: ſed in quēlibet pulue/
rem cineremve ſoluat᷑ in quolibet altius
auraſqꝫ diffugiat in quācunqꝫ alioꝝ cor
poꝝ ſubſtātiā: vel in ipſa elemēta vertat᷑
in quorūcūqꝫ animaliū: etiā hoīuʒ cibuʒ
cedat: carneqꝫ mutet᷑ alimonie humane
pūcto tēporis cedit: que illam primitus
vt homo fieret: creſceret: viueret: anima
uit. Hec ille: Sed de etate ⁊ quātitate re
ſurgentiū iam dicamus: apl's nanqꝫ ait.
Ephe. iiij. ꝙ officia: de quibꝰ ibidē loquit᷑
exercebunt᷑ in eccleſia militāte donec oc/
curramus omnes in vnitateʒ fidei. i. ait
Nico. de lyra qui ſumus vniti in fide et
cognitiōe xp̄i in virū perfectū. i. occurra/
mus xp̄o venienti ad iudiciū qui eſt vir
oīno pfectus: in menſurā etatis plenitu/
dinis xp̄i. om̄es enim reſurgent in etate.
xxxiij. annoꝝ que eſt etas plene pfecta et
in qua xp̄s paſſus fuit. Hec Ni. de lyra.
Quod deducens Rich. diſ. xliiij. iiij. ait:
Omnes reſurgent in ſtatu corporis ⁊ na
turalis virtutis quā habituri erant ſi tā/
tum vixiſſent: vel quā habuerūt qui tātū
vixerūt qui eſt in tēpore: ad qđ terminat᷑
motus ꝓficiendi: q̄ circiter de lege cōmu
ni eſt illud tēpus quo xp̄s mortuus eſt.
Unde Aug. xxij. de ci. ait: Qđ cōmemo
rauit apl's de mēſura etatꝫ plenitudinis
xp̄i ſic accipiamꝰ dictū: vt nec vltra nec
īfra iuuenilē formā reſurgāt corpa mor
tuoꝝ: ſed in ea etate ⁊ robore vſqꝫ ad quā
hic xp̄m perueniſſe cognouimus. ꝓpter
enim perfectioneʒ nature decet: vt reſur/
gāt in optimo ſtatu corporis quē habue/
runt: vel ſi tantū vixiſſent erant naturali
ter habituri. Jlle aūt ſtatus eſt in termi/
no motus ꝓficiēdi: vt dictū eſt: ⁊ ita non
om̄es reſurgēt in equali virtute naturali
vel ſupnaturali: ſed oēs reſurgēt in natu
rali virtute quā q̄libet habiturꝰ erat vel
habuit in termino ſui ꝓfectus: ⁊ illud tē
pus fere idem eſt ꝙ̄tuʒ ad oēs. ideo oēs
dicunt᷑ reſurrecturi in eadē nocte. Et di/
xi fere qꝛ tēpus menſurās motū ꝓfectus
in omnibꝰ hominibꝰ nō eſt punctualiter
equale. Hec Rich. Gregʳ etiā. i. c. di. xliiij
dicit: Omnes eni in eadem etate reſur/

gent in qua chriſtus mortuus eſt ꝛ reſurrexit cuiuſcū〈que〉 etatis mortui fuerint: ſed non oēs eandē ſtaturā corporis obtinebūt. Unde apl's nō ait. In menſurā corporis ꝛ ſtature: ſꝫ etatis. Sed vt ait Richar. qlibet reſurget in illa qlitate et ſtatura q̄ vnicui〈que〉 debebaꝛ in termino motus pficiendi ꝑm naturalē virtutē caloris extendentis humidū ꝛ humidi ſuſcipientis extenſionē: natura nō errante vel per aliq̄d accidēs innaturale nō impedita: q2 per reſurrectionē nō reduceꝛ tantū modo idem in ſpecie: ſed etiā in numero ꝛ ideo rationale eſt vt nō tantū reſurgat in ſtatura que debeꝛ ſpeciei. ſed etiā in illa que debeꝛ indiuiduo. Si aūt per errorem nature vel nimiā ſuperabundātiam materie eſſet indebitus quātitatis exceſſus vel diminutio ſeu defectus diuina potentia ſupplebit vel reſecabit. Hec ille. Itē idem dicit. Uiri reſurgēt in ſexu virili. ꝛ femine in femineo: q2 hoc exigit natura indiuidui ꝛ cōgruit pfectioni ſpeciei ꝛ erit occaſio laudādi ſapientiam dei. Unde q̄uis mulier generetur preter intentionē particularis nature: eſt tamē de intentiōe nature vniuerſalis que vtrū〈que〉 ſexum reqrit ad perfectionē humane ſpeciei. Nec erit poſt reſurrectionē in iſto ſexu cōfuſio: quia ſicut dicit Augu. nō erit ibi libido que eſt ꝯfuſionis cauſa: nā priuſ〈quam〉 peccaſſent vir ꝛ femina nudi erāt et nō cōfundebanꝛ. Unde nec poſt reſurrectionē opus erit veſtibus pro tegumēto: ſed tamē amitti erūt lumie ſicut veſtimēto. Hec ille. Reſurgēt inſup corpora electoꝝ ſine deformitate: vñ ſicut accipi poteſt ex ſentētia Augu. xxij. de ciui. dei s deformitas reduciꝛ vel ad illā q̄ eſt ex parte coloris: vel ad illā que eſt ex parte figure: vel ad illā que eſt ex parte diminutionis partiū: vel ad illam que eſt ex parte ſupabundātie. Dico ait Richar. ꝙ quocun〈que〉 pdictoꝝ modoꝝ deformitate accepta corpora electoꝝ ſine oīmi deformitate reſurgent: quia oīs deformitas ad aliq̄d vicium nature ptinet. Unde Augu. in Enchyridion et recitat magr̄ in littera di. xliiij. circa finē. ca. ij. Reſurgēt ſcōꝝ corpora ſine vllo vicio: ſine vlla deformitate ſicut ſine vlla corruptiōe: onere: difficultate: ſicut plus diceꝛ infra. Uñ Bonauē. tractās huiuſmodi reſurrectionē ꝛ ſi humores reſurgēt ꝛ ſimiliter rerū inteſtina: capilli: vngues: et talia: dicit ꝙ de veritate nature humane aliqd diciꝛ, tripliciter ſcꝫ aut q̄tum ad eſſe neceſſariū ſicut ſunt pncipalia mēbra: aut q̄tuꝫ ad eſſe completū: vt ſunt illa que faciunt ad corporis perfectionē. aut q̄tum ad eē decorū: pma neceſſariū eſt reſurgere ꝑm totalitatē: ſed alia cōgruū eſt reſurgere ꝑm ꝙ faciunt ad cōplementū: ꝛ decorem. Et q2 humores faciūt ad plenitudinē ꝛ integritatē: reſurgēt in tanta quātitate quāta cōpetit corpori Unde nō oportet ꝙ totus ſanguis quē q̄s amiſit per minutionem reſurgat ſed quātū cōgruit. Similiter de carne que fluit ꝛ refluit iudicandū eſt Similiter reſurgēt inteſtina que erūt plena nobilib9 humorib9 que reddēt totum corpus agilius. Capilli vero ꝛ vngues ſunt ad ornatū: ideo reſurgēt ad ornatum ꝛ pulchritudinē corpoꝝ electorū Lu. xxi. Capillus de capite veſtro nō peribit. Hoc ait Nico. de lyra inquit xp̄us ad declarandū veritatē future reſurrectionis per quā reſurgēt in electis nō ſoluꝫ illa que ſunt de neceſſitate nature humane: ſed etiā ea que faciūt ad decorē cuiuſmodi ſunt capilli. Hec ille ꝛc. Queritur hic q̄re reſurrectio corpoꝝ differtur vſ〈que〉 ad generalē oīum reſurrectionē? Reſpōdeo ꝙ corpora habēt quandā cōtinuationē ꝛ cōuenientiā: q2 ꝑm illa deus ex vno hoīe fecit genus hūanū ſicut diciꝛ. Act. xvij. dicēte paulo. Fecit deus ex vno humanū genus oē: vnde oēs hoīes ſimul fuerūt i vno hoīe materialiter ſiue originaliter ꝑm corpora ꝛ etiā oīa ſimul fuerunt in materia ꝛ in originali pncipio ꝛ ſic deus fecit quodāmodo ſimul oīa corpora hominū: ſed nō ſic eſt de aīabus immo fecit eas ſigillatim nec condite ſunt in aliquo vno ſimul: ſed quotidie a deo creanꝛ de nihilo: ꝛ ideo cū ſit cōuenientia inter

originem ſiue ꝓductionem ⁊ cõſummationẽ que eſt per glorificationẽ: ꝯgruit ꝙ corpora glorificent̃ ſimul ⁊ ſimul intrent celum empireũ ꝓpter cõnexionẽ quã habent. Anime autẽ ⁊ ſigillatim ⁊ ſucceſſiue. Aliqui tamẽ ex ſingulari p̃mio etiaꝫ ſm̃ corpus ſunt in celo empireo: ſicut corpus xp̃i ⁊ beate virginis ⁊ alioꝝ qui ſurrexerũt cuꝫ xp̃o vt eſſent veri teſtes reſurrectionis ſm̃ quorundã opinionẽ de qua vide in tertia parte ſancti Tho. q. liij. arti. iij. ad. ij. Sciendũ quippe eſt poſt hec ꝙ reſurrectio ſiue reſumptio corꝑis glorioſi neceſſaria eſt aïe iam beate ad conſummationẽ et ſubſtãtialẽ ꝑfectionẽ ſue beatitudinis: ita ꝙ ante nõ habet ſuã totalem ſubſtantialẽ beatitudinẽ imo ſemper expectat cõſummationẽ ſuam in illa vſqꝫ ad corporis reſumptionẽ: ſed tũc implebitur ⁊ cõſummabit̃ ita ꝙ plus nõ expectabit. Aïa ergo poſt corporis reſumptionẽ erit beatior q̃ꝫ ante. Et hoc dupliciter ſcꝫ extenſiue et intẽſiue. Extenſiue qꝛ in pluribꝫ: qꝛ tunc erit beata in ſe: hoc eſt in bonis ꝓprijs et in bonis corporis: tũc eñ erit p̃miata ſicut meruit ſcꝫ in corpore. Et ꝙ aïa beatificet̃ in corpore hoc exigit natura aïe que eſt forma corporis hoc etiã exigit ratio meriti ꝙ neceſſario eſt aïe in corꝑe. Scđo beatitudo aïe erit maior intenſiue: qꝛ aïa ꝑfectior eſt in ſuo eſſe naturali: ⁊ in ſuo poſſe: qñ eſt corpori glorioſo cõiuncta q̃ꝫ quãdo eſt ſeꝑata: et ideo ꝑfectius operat̃. Quãdiu eñ caret corꝑe glorioſo fertur appetitus eius ad aliud extra ⁊ extra deũ: ⁊ ideo neceſſario appetitus aïe ⁊ intentio diſpergit̃ ⁊ diuiditur: ⁊ ideo nõ ita intenſe ⁊ ꝑfecte per cogitationẽ ⁊ amorẽ fertur in deum: cũ aũt ꝯiungit̃ corpori glorioſo intentio aïe nõ diſpergit̃ ad aliquid extra deum et extra ſe ad aliquid nõ habitũ ⁊ ſic tollitur naturalis imꝑfectio aïe q̃ retardabat ⁊ impediebat ne poſſet in ꝑfectiorẽ actũ. Tollitur etiã inquietudo appetitus ⁊ intẽtionis aïe: quia totum iam habet qđ appetebat ⁊ deſiderabat: et ſic tollit̃ omne qđ erat impeditiuũ cõſummationis beatitudinis ⁊ ſic patet quomodo reſumptio corꝑis glorioſi facit ad beatitudinẽ anime intenſiue et extenſiue. Et hoc eſt qđ ait beatus Anſelmus lib. de ſimilitudinibus. Cõſtat aïas ſanctoꝝ qui iam celeſtia tenent: necdũ plena felicitate frui donec incorrupte corpoꝝ ſuorũ potiant̃. Et ſic patet de reſurrectiõe generali.

## ſ Ecũdo dicẽdum

eſt de finali diiudicatione de qua tractat magiſter di. xliij. quarti vbi dicit ꝙ dño adueniente ad iudiciuꝫ p̃cedet eum ignis quo comburet̃ facies mũdi huius: ⁊ peribit celum ⁊ terra dicẽte beato Petro in ſecũda canonica. ca. vlti. Adueniet autẽ dies dñi ſicut fur in qua celi magno impetu tranſient: elemẽta vero calore ſoluent̃ et terra et ea que in ipſa ſunt oïa opera exurẽtur. Qđ exponens Nico. de lyra ait. Adueniet autem dies dñi. i. dies iudicij qui dicit̃ dies dñi: quia tunc in oïbus fiet volũtas eius in punitione maloꝝ ⁊ p̃miatione bonorum. Et ſubditur modus veniẽdi cũ dicitur: vt fur. i. repente ⁊ ex improuiſo ſicut dicit̃ Math. xxiiij. De die autẽ illa ⁊ hora nemo ſcit. In quo celi. i. ſuperior pars aeris ⁊ inferior magno impetu trãſient a ſtatu in quo nunc ſunt per impetũ ignis cõflagrationis. Elemẽta vero calore ſoluent̃. q. d. Non ſolum aer ſed etiã cetera elemẽta igne purgabunt̃. Tertia ⁊ ea ⁊ẽ id eſt nõ ſolum terra: ſed oïa que in ipſa ſunt facta ⁊ de ipſa ꝓducta exurent̃. Hec ille. Ubi notandũ eſt ꝙ duo erũt iudicia Unum ꝑ aquã ⁊ aliud per ignẽ. Primũ factũ eſt per aquaꝫ. Scđm fiet per ignẽ. In p̃mo eniꝫ ſtatu viguit luxuria in qua ſunt duo ſcꝫ ardor ⁊ fetidas ꝓpter qđ fiebat purgatio ꝑ aquã que eſt refrigerans ⁊ mũdificãs. In vltio ſtatu vigebit auaritia vnde erũt hoïes infrigidati frigiditate auaricie et defectu charitatꝫ Mat. xxiiij. Quoniã abundabit iniquitas refri. charitas multoꝝ ꝓpter qđ erit purgatio per ignẽ qui habet cõtrariã qualitatem. De iſto igne dicit Richar. ꝙ erit ſu-

pernaturalis. Ait em̄ di. xlvij. Videtur
mihi dicendū ꝙ illius ignis ꝓductio ſu-
pernaturalis erit: ⁊ cū hoc erit aliqua na
turalis aptitudo ad illā operationē ad
quā applicabit̃ a diuina virtute p̄ncipa-
liter mouēte: q꞉ ignis ille erit virtute illi
us inſtrumentū: erit tñ ille ignis eiuſdeꝫ
ſpeciei cū igne elemētari Bonauē. dicit
ꝙ eſt loqui de igniū ꝯflagratione ꝗ̄tum
ad inchoationē ⁊ ꝓgreſſum ⁊ cōſumma
tionē. Quantū ad inchoationē dicendū
eſt ꝙ a virtute ſupra naturā eſt. Q꞉ eniꝫ
ignis ſic agat nouo ⁊ inſolito modo con
ſumēdo ⁊ ſic multiplicādo hoc non eſſet
niſi aliqua virtus noua aſſiſteret. Que
autē ſit illa ipe deus nouit. Quantū aūt
ad ꝓgreſſum qui eſt purgare: vrere: ſub-
tiliare: dicendū eſt ꝙ hoc eſt a virtute na
turali. Sed ꝗ̄tum ad cōſummationē vt
ſcꝫ purgata ſint incorruptibilia ⁊ ipſorū
q̄litates mutate hoc eſt ſupra naturā Ig
nis igit̃ iſte aſcēdet tantū quantū durāt
corꝑa cōſumptibilia: ⁊ quātū durat ſpa-
ciū cōtinens elemēta: aſcēdet flamma et
vlterius nō ꝓcedet. Vñ illius ignis du-
plex erit purgatio. Vna eſt a vetuſtate
corruptionis ⁊ hec eſt in oībus elemētis
que erūt incorruptibilia poſt reſurrectio
nē: ⁊ ꝗ̄tum ad hanc aſcēdet vſqꝫ ad vlti
mū ſpere ignis. Alia eſt purgatio a fedi
tate peccati q̄ ſe extendit per aerē caligi-
noſum nō ꝙ in ipſo aere ſit peccatū: ſed
quedā feditas cōtrahit̃ in loco ex pctō: ⁊
ita ex fumo ſacrificioꝝ exhibitoꝝ idolis
quodāmodo eſt aer infectus: ⁊ ꝗ̄tum ad
iſtā purgationē tantū aſcēdet ꝗ̄tum aq̄
diluuij aſcenderūt. Hec ille. Et Richar
querēs de hoc igne an p̄cedat iudiciū di
cit: ꝙ ignis ille ꝗ̄tum ad ſui iudiciū p̄ce
det iudiciū: iuxta illud pſ̄. Ignis añ ip-
ſum p̄cedet ꝗ̄tum ad ꝓgreſſum cōcomi
tabit̃ iudiciū. Sequit̃ vero ꝗ̄tuꝫ ad ſue
oꝑationis cōplementū: vt em̄ aliq̄ dicūt
illo igne incipiēte mundū purgare in ſu
periori parte: q̄ purgāda eſt xp̄s incipiet
venire ad locū iudicij ⁊ ſtatim ad eius p̄
ceptū motus celi ceſſabūt ⁊ reſurgēt qui
tunc inuenient̃ mortui ⁊ illi tūc inuenien
tur qui viuētes valde cito morient̃ ꝓpter
ceſſationē motus celi: ⁊ etiā vt volūt qui
dam ꝓpter diſtenperantiā caloris qui ex
tunc erit in loco habitatiōis hominū ꝗ̄-
uis adhuc vſqꝫ illuc ſubſtātia ignis p̄di
cti nō ꝑuenerit: ⁊ q̄ſi ſtatim poſt p̄dictus
ignis deſcēdet ⁊ incinerabit corpora eo-
rū ⁊ purgabit illud qđ inueniet purgan-
dum in electis: Quo facto ſtatim reſur-
gent ⁊ tunc illi ⁊ alij electi qui parū ſur-
gent ante eos rapient̃ ſimul obuiaꝫ xp̄o
in aera. Et hec oīa fient anteꝗ̄ xp̄s ꝑue
niat ad locum iudicij: ⁊ ſic patet ꝙ xp̄us
veniet ad locū iudicij ſucceſſiue ſicut ſuc
ceſſiue in celū aſcēdit: de quo dicit̃ Act.
.i. Sic veniet queadmodū vi. e. eū in ce-
lum. Huius purgatiōis per ignē cauſā
⁊ rationē idē doc. aſſignat di. Phs dicit.
ij. phiſicoꝝ ꝙ nos ſumus quodāmodo fi
nis oīum ſcꝫ rerū corporaliū: ⁊ ideo con-
ueniēs eſt ꝙ cū homo per reſurrectionē
glorioſam innouabit̃: mūdus etiā inno-
uabit̃ innouatiōe cōueniēte ꝓ illo ſtatu.
Vñ Apocal. xxi. dicit̃. Ecce noua facio
oīa. Et q꞉ p̄dictā hoīs innouationē p̄ce-
dit purgatio duplex ſcꝫ ab īpuritate cor-
ruptibilitatis ⁊ culpabilitatis ſic conue
niēs eſt vt p̄dictā mūdi īnouationē pur-
gando ab impunitate duplici corrumpē
te duabus hoīs impuribꝫ p̄dictis. Vna
eſt impuritas elemētoꝝ que per mutuaꝫ
actionē ⁊ paſſionē ſeſe alterāt in cōfinijs
ſuis ſm phm in primo metheoroꝝ ſic ꝙ
nullū elementoꝝ eſt in puritate ſue natu
re ⁊ hec impuritas correſpōdet corrupti
bilitati corꝑis humani: q꞉ talis elemēto
rū cōfuſio eſt ꝓ corruptibili vita cōueni-
ens. Eſt quedā impuritas alia correſpō
dens culpabilitati hoīs: ⁊ illa eſt quedā
indignitas ad ſuſceptionē innouatiōis
p̄dicte ꝓpter pctā in hac parte mundi cō
miſſa longo tꝑe taꝫ ab hoībus ꝗ̄ ab an-
gelis quoꝝ mō cōis eſt habitatio in iſto
aere caliginoſo. Purgatio aūt mūdi a p̄
ma impuritate erit ꝑ ſeparationē cuiuſ-
cūqꝫ nature extranee ⁊ diſpoſitionis cor
ruptibilis a quolibet elemēto Purgatio
aūt a ſcđa īpuritate erit q̄dā mūdi recō-

ciliatio ad ſimilitudinē illius q̄ recōcili
anꝛ eccleſie ꝓphanate. Et qꝛ ignis natu/
ra eſt eiuſdē nature cōgregare partes et
diſpoſitiones extraneas ſegregare vt do
cet experiētia ⁊ in purgatione auri et ar/
genti. Et ideo talis purgatio cōuenien/
ter fiet per ignē. Etiā ad purgandū mū
duz ab alia impurittate magis cōgruus
eſt ignis q̄ꝫ aliud elementū: qꝛ pctā com
mittunꝛ ex inordinato amore qui eſt ig/
nis ſpūalis immūdus. Et ideo ad recō/
ciliandū mundū ꝯtra illā indignitatē cō
ueniēs erit ignis ſicut inſtrumentū: quia
ignis inter alia elemēta magis repreſen
tat q̄litates corpoꝝ glorioſoꝝ ꝓpter eius
luminoſitatē: ſbtilitatē: ⁊ actualitatē ⁊c̄.
Hic ignis purgare incipiet a parte ſupe
riori q̄ purgāda eſt vt dictū eſt vt veniet
deſcendēdo ſucceſſiue inferius. Et ratio
eſt: qꝛ in medio interſtitio aeris eſt cōis
habitatio demonū vſq̄ꝫ ad iudiciū ⁊ ṗus
pecauit malus angelus q̄ꝫ homo. Alia
rō eſt ad ſignificādū ꝙ ille ignis nō aget
tm̄ in virtute naturali ſed vt inſtrumen/
tū diuine virtutis. Ignis em̄ per naturā
tēdit ſurſum: nō deorſū Ille tn̄ ignis nul
lius elemēti deſtruet eſſentiā ſic nullā ra
refactionē faciet in aere niſi illā que cōpe
tit nature ignis in ſua puritate et ille re/
ducet partes terre ad terrā: et partes aq̄
ad aquā ⁊ cōdenſabitꝛ aqua ſm̄ ꝙ cōpe/
tit nature aq̄ in ſua puritate. Cauſa aūt
quare poſt iudiciū elemēta manebūt in
eſſentijs ſuis ⁊ q̄litatibus actiuis ⁊ paſſi
uis in eſſe cōpletiſſimo: ⁊ tamē nō ſe alte
rabūt: eſt: qꝛ deus ſupnaturaliter a mate
ria elementoꝝ remouebit ṗuationē q̄ ne/
ceſſaria eſt ad tranſmutationē naturalē:
ſicut dicitꝛ ṗmo phiſicoꝝ. Preterea influ
entia generalis prime cauſe ſine q̄ nulla
creatura pōt in ſuā actionē nō aderit ele
mentis ad hoc vt agāt ⁊ patiantꝛ adinui
cē: ⁊ hec cauſa ſufficeret ſi nulla alia pone
retꝛ. Quō aūt morientꝛ q̇ parū an̄ iudiciū
viuēt declarat Richar. ponēdo opinionē
ſatis ꝓbabilē. Dicit em̄ ꝙ aliq̄ dicunt ꝙ
anteq̄ꝫ ceſſet motus celi oēs hoīes erunt
mortui: qꝛ an̄ ceſſationē motꝰ cꝰ erit q̄dā
diſtemperātia in aere ꝑ caloris exceſſum
ꝑ quē oēs hoīes q̇ tūc inuenientꝛ viui mo
rientꝛ: ⁊ ſm̄ hoc ꝓ tāto dicitꝛ ꝙ aliq̄ inueni
entꝛ viui in aduētu iudicis: qꝛ aliqui erūt
adhuc viuētes valde parū an̄ iudicis ad
uentū: ⁊ etiā an̄ ignē ꝯflagratiōis: qui tn̄
morientꝛ parū an̄q̄ꝫ xp̄s veniat ad iudiciū
⁊ anteq̄ꝫ veniat ignis p̄dictus. Corꝑa tn̄
illoꝝ q̇ viui iuenientꝛ parū an̄ aduentū iu
dicis ꝑ illū ignē incinerabuntꝛ. vt more
alioꝝ a cineribꝫ ſit reſurrectio eorū et ſic
erit actio ignis p̄dicti an̄ idiciū: ⁊ opinio
videtꝛ ſatis ꝓbabilis. Purgato vero mū/
do ꝑ ignē ait mgr̄: ⁊ ad iudiciū veniente
dn̄o emittetꝛ vox illa magna q̄ reſurgent
oēs mortui: ⁊ tūc miniſterio angeloꝝ ven
tilabitꝛ area: qꝛ boni ꝯgregabuntꝛ ei de q̄/
tuor partibꝫ orbis angelico miniſterio: q̄
⁊ rapiantꝛ obuiā xp̄o in aera: reprobis in
terra quā dilexerūt remanētibꝫ: hec mgr̄.
Dicit etiā Richar. ꝙ ignis ille de quo di
ximus reprobos cruciabit etiā an̄ iudici
um: qꝛ ſtatim cruciabit eos cū reſurrexe/
rint: ſedēte etiā iudice igne illo cruciabū
tur ⁊ nō igne infernali vt videtꝛ: qꝛ ille ig/
nis nō exibit de inferno: ſed tūc ignis cō/
flagratiōis vicē eius ſupplebit: cruciabit
etiā eos poſt iudiciū: qꝛ oēs reprobos cū
oibus mūdi ſordibꝫ inuoluet ⁊ p̄cipitabit
in infernū: qꝛ qd̄ in illo igne erit impurū
virtute diuina ſegregabitꝛ a puro ⁊ deſcē
det in infernū ad augendū imꝑꝑetuū re
proboꝝ cruciatū. Nec eſt incōueniens ꝙ
duplici igne crucientꝛ: imo rōnale eſt vt
poſt iudiciū eoꝝ cruciatus augeantꝛ. Ille
autē ignis q̇ de parte materie cuinſlibet
elemētoꝝ ſupnaturaturaliter ꝓducetꝛ ſm̄
ſuā puritatē nō deſcēdet in infernū ſed ꝑ
acto cōplete purgatōis officio in p̄iacēte
materiā reſoluetꝛ et trāſmutabitꝛ: pars in
terra pura ⁊ pars in aquā purā ⁊c̄. et fiet
iſta reſolutio ⁊ trāſmutatio ſupnaturali
ꝟtute ſicut ꝑ eā ille ignis de p̄dicta mate
ria ꝓducetꝛ. hec Richar. Qꝫ aūt dicit be/
atus Pe. ꝙ celi ardētes ſoluentꝛ nō eſt in
q̇t Bona. intelligēdū de illis celis q̇ ſunt
incorruptibiles: ſed de celo aereo ⁊ ig/
neo ⁊ hoc vocat ſcriptura celos ſm̄ illud

gnoſcentes ſe fuiſſe factos ad imaginez
trinitatis: iuxta illud Geñ. i. Faciamus
hoīem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē nr̄am:
nō immerito debebūt vocibus magnis
deuz collaudare. Quid eni nobilius: qd
maius potuit facere homini in ſua crea
tione q̄z creare eū ad imaginē ⁊ ſimilitu
dinē ſuā. O deus meus qd eſt hoc q fa
cti ſumus ad imaginē tuaz ⁊ ſimilitudi
nē: vbi ait Nico. de lyra: dicit faciam⁹ in
plurali ad denotandū pluralitatē in diui
nis: verūtn̄ q2 iſta pluralitas ſtat in vni
tate ſimplicis eſſentie ideo ſubdit in ſin
gulari nr̄am: imago eni cōſiſtit in aīa q̄z
tū ad ppietates naturales ſcȝ memoriā:
intellectū: ⁊ voluntatē: ſimilitudo aūt eſt
in gratuitis: ⁊ ideo ſimilitudo eſt q̄dā p
fectio imaginis: q2 grā pficit naturā: hec
ille. Eādē auctoritatē tractat mgr̄ ſentē.
di. ij. pmi. de cuius vlteriori pſecutione ſi
leo. Et reuera hoc eſt multū mirabile q
nos ſumus facti ad imaginē btiſſime tri
nitatis: nō dico ſm corpus: ſed ſm aīam
de quo nūc videmur modicū recordari:
⁊ ſi recordamur modicū videmur eidez
p tanto bñficio grati. De natura imagi
nis eſt q cōformemur illi rei cui⁹ eſt ima
go: ⁊ q ipam q̄tuz eſt poſſibile repſentet
Eſſe igitur ad imaginē dei obligat nos
ad mundiciā aīe: ⁊ ad virtutes: ⁊ ad opa
bona facienda: ſed heu poſſumus dicere
cū ps. Homo cū in honore eſſet nō intel
lexit cōparatus eſt iumētis inſipiētibus
⁊ ſimilis factus eſt illis. Sed exiſtentes
in celo empireo poſt reſurrectionē gene
ralē collaudabūt deum de tanta bonita
te ipſius creatoris ſcȝ q ipſos creauit ad
ſuam imaginē per quā fuerūt grē et glo

rie ſuſceptiui dicentes adinuicē. Benedicamus patrē et filiū cum ſancto ſpiritu laudemꝰ ⁊ ſupexaltemus eū in ſecula. Tunt alij reſpondētes poterunt dicere. Benedictus es dñe infirmamēto celi et laudabilis ⁊glorioſus ⁊ ſupexaltatus in ſecula: quia ad tuā imaginē nos creaſti: ⁊ hoc de p̄mo. Secūdo collaudabūt deum ꝓpter ſuam redemptionē ⁊ hec materia maxime laudis: naꝫ collaudabūt patrē: quia vnicū filiū nobis miſit dicentes illud Apoca.vij. Benedictio ⁊ claritas ⁊ ſapiētia: ⁊gratiarūactio: honor: virtus ⁊ fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorū Amen. Laudabūt filiū qui carnē noſtrā aſſumpſit: viam paradiſi nos docuit: ſacramēta inſtituit pro ſalute nr̄a: morteꝫ turpiſſimaꝫ ſuſtinuit ⁊ redemit a morte eterna. Quā laudē quē cantum poteris dicere pro tantis beneficijs. Certe illud Apo.v. Digenus eſt egnus qui occiſus eſt accipere virtutē ⁊ diuinitatē: ⁊ ſapiētiam: ⁊ fortitudinē: ⁊ honorē: ⁊ gloriā: et benedictionē. Collaudabūt ſpiritū ſanctū qui in virginē vt mater dei eſſet ſuꝑuenit qui apl'os omniū genera linguarū vt eccleſiam inſtruerēt edocuit: ⁊ multa alia beneficia cōtulit dicēte illud Sap̄. xij. O q̄ȝ bonus ⁊ ſuauis eſt dñe ſpiritꝰ tuus in oībus: iſte erūt laudes: iſte cantilene: iſta dulcia carmina: ⁊ ſimilia que dicent oēs ſancti ⁊ ſancte in illa curia celeſti. Cogita ſi potes q̄ȝtuꝫ gaudiū erit in tantis melodioſiſſimis cantibus. Quis poſſet capere. Certe nullus viuens. Tales nō ſunt cantilene hominū mundanorum ⁊fatuarū mulierum que cōmuniter ſunt inhoneſte ⁊ magis ad malum q̄ȝ ad bonū ꝓuocant: ⁊ quibꝫ cōmittunt̄ peccata multa ducētia ad ploratū inferni. De quolibet hoꝝ ꝓphetauit dauid ⁊ pro eis dixit. Benedicā dñm in om̄i tēpore: ſemper laus eius in ore meo. Et hoc de ſecūdo. Tertio vero collaudabūt deuꝫ propter eoꝝ gratificationē: nam deo faciēte gratiam receperūt in ſacramētis ⁊ alias qua meruerunt vitam eternā Roma.vi. Gratia dei vita eterna. Iſta ē gratia gratum faciēs que eſt diſpoſitio per quā anima placens deo efficitur ⁊ eius beniuolentiam aſſequit̄ per quam imago dei in anima deformis iterū reformat̄ que etiā bonos a malis diſcernit: quia ſm Aug. ſuper Ioh. Sola dei gratia redempti a ꝑditis ſunt diſtincti. Et iſta gratia vt expreſſius dicam eſt quedā ſpiritualis forma que in anima a deo immediate creat̄ per quā anima ipſi deo cōfortat̄ diligit̄ ⁊ ad vitam eternā acceptat̄. Hec autē eſt fons mentis depuratiuus: ipſa enim lauat ſordes peccati. Ab ip̄a plures riuuli virtutū emanant. Et ſicut fons ad locuꝫ fluit inferiorē: ſic ad locū humiliorē gratia Iaco.iiij. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autē dat gratiam. Iſta eſt pons ſuſtentatiuus ne homo cadat in fluuiuꝫ inferni ⁊ de vna rip̄a ad aliam tranſibimus.i.de hoc mundo ad gloriā. Super iſtum pontē poſiti mortis periculū nō timemus: ideo ait apl's Hebre.xiij. Optimū eſt gratia ſtabilire cor Act.xv. Per gratiā dñi ieſu credimus ſaluari. Hanc igitur gratificationē ſancti cognoſcētes ſe habuiſſe a deo dum fuerūt in via ſpecialiter ſuꝑ hoc referent gratiarūactiones di.in ps̄. Non mortui laudabunt te dñe neq̄ȝ oēs qui deſcendūt in infernū. Sed nos qui viuimus benedicimus dño per gratiā quā dediſti nobis in mūdo benedicimus dño ex hoc nunc ⁊ vſq̄ȝ in ſeculum. Et hoc de tertio. Quarto ꝟo collaudabunt dñm ꝓpter glorificationē iſta eſt vltima ⁊ ſumma cauſa gaudendi cantandi ⁊ deum collaudādi qui tanta conferet bona pro meritis incōparabilibus ad talem gloriā de qua ⁊ ſi aliquid diximus nihil tamen cōparatiue diximus ad ea bona que ibi vere ſunt. Ideo ait ꝓpheta. Beati qui habitant in domo tua dñe in ſecula ſeculoruꝫ laudabunt te. Et Apoca.xix. Audiui vocem quaſi multarum turbarū in celo dicentium alleluia. Laus ⁊ gloria ⁊virtus deo noſtro. Et ſequit̄. Gaudeamus ⁊ exultemus et demꝰ gloriā deo noſtro quia venerunt nuptie agni ⁊ vxor eius preparauit ⁊ datum eſt

ei vt cooperiat ſe biſſinū ſplendens cādidum. Iſtud biſſinum eſt duplex ſtola ſcȝ gloria aie ꝛ corporis. Sic igitur patet ꝙ ibi erit vocalis collaudatio ad quā vocabimur dū nobis dicet. Venite bn̄dic. ꝛc

Eptia gloria corporis erit delectabilis viſio. Quomodo autē fiet talis viſio declarat Richar. dicens: ꝙ duplex eſt immutatio ſenſus. Quedā quā cōcomitat naturalis organi trāſmutatio. Quedam quā talis trāſmutatio nō cōcomitatur: ſed patit ſenſus paſſione animali. In pͥma immutatione ſenſus ita recipit formā ſenſibilis ꝙ vere denominat ab ea vt cū homo ita ſentit calorē ꝙ inſtrumentum ſenſus eſt calidū. In ſecūda mutatione ita recipit ſimilitudinē forme ſenſibilis ꝙ non denominat ab ea ſicut patet in viſu. Viſus eni videndo albū nō efficitur albus. Albedo eni vniuoce nō predicat de albedine que eſt in pariete: ꝛ de eius ſimilitudie que eſt in oculo. Prima immutatio nō poteſt eſſe ſine materiali trāſmutatione que ſtare nō poſſet cū impaſſibilitate beatoꝝ. Sed ſecūda immutatio nō requirit de neceſſitate niſi quandaȝ immutationē ſeu paſſionē animalē. Sine hac aūt eſſe poteſt: quia ſenſus eſt quedā paſſio animalis loquēdo de actu ſentiendi. Secūdo ergo modo intelligēdo ꝙ in beatis ꝗlibet ſenſus erit in actu: quia talis paſſio ſenſus eſt eius ſecundaria pfectio. Hec ille. Erit igitur corporalis ꝛ delectabilis viſio rerum in quattuor principaliter.

Primo erit viſio aſſumpte humanitatis
Secūdo virginis ꝛ dei matris.
Tertio felicis ſocietatis.
Quarto celeſtiū claritatis.

Principalis igitur viſio erit aſſumpte humanitatis. Dictū eſt eni pͥus per Richardū ꝙ virtute ſupnaturali humanitatē chriſti oculis corporalib⁹ beati videbūt: in quocūꝗ loco celi empirei fuerint Si pulchrū eſt videre regem in ornamētis regalib⁹: quāto magis pulchrū ꝛ delectabile erit videre regē regum in decore illo maximo quo fulgebit in celo. Vtiꝗ nihil amplius erit tam delectabile ſicut ipm ſic videre. Nunc eni nō ſaturat oculus viſu. Eccl. i. Sed videre tunc ſaturabit. Tūc quidē beatus ingredietur ꝛ egrediet ꝛ paſcua inueniet Iohā. x. Quia vt ait Nico. de lyra. Btūs reficiet interius in aſpectu diuinitatis: ꝛ exterius in aſpectu humanitatis ꝑ quā ſaluatus eſt. Iō dicit ī plurali paſcua. hec ille. Vt ad hāc delectabilē viſionem ꝑuenire valeamus multū diligēter debemus cuſtodire oculos nr̄os vt nō ꝑdamus tantā viſionē ipſius xp̄i. Ideo dicit ꝓpheta. Auerte oculos meos ne videant vanitatē in via tua viuifica me. Et ob hoc dicitur. Eccl. iij. Oculi ſapiētis in capite eius: caput nr̄m eſt xp̄us. In hoc capite debemus oculos collocare dicēte ꝓpheta. Oculi mei ſemꝑ ad dn̄m. Et ſi nunc nō poſſumus oculos corporales in eū figere: nec eū videre talibus oculis: debem⁹ tn̄ oculos figere ſpirituales ſcȝ intellectū et affectū vt inſpecta vita xp̄i ꝛ cōuerſatione ꝛ eius mādatis valeamus ei cōformari ſicut ſcriptor per hoc ꝙ oculos ad exēplar dirigit recte ſcribit vt dicamus illud. ij. Parali. xx. dn̄o. Cū ignoremus ꝗd agere debeamus hoc ſolū habemus reſidui vt oculos noſtros dirigamus ad te. Affectus etiā noſter debet in xp̄o capite collocari vt attēdentes que ꝓ nobis fecit ꝛ quāta beneficia nobis cōtulit: ꝛ cōferre ꝓmiſit ipm ſuper oīa diligamus. Sed heu multi ſunt ſimiles porcis ꝗ fructus ab arbore deuorant: ꝛ oculos ad arborē nunꝗ leuāt: de quib⁹ dicit in pſ. Oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā. Nā tota eoꝝ attentio ꝛ affectio ē ad hec terrena. Et vere ſicut oculus ſm̄ diuerſitatē rerū diſtantiū eſt cognitiuus: qꝛ rem quā videt a remotis iudicat paruā ꝛ quam videt de ꝓpe iudicat magnā vt apparet in ſole quē paruū iudicat cū tn̄ ſit octies maior tota terra. Sic eſt de pctōrib⁹ a deo ꝛ a celeſti pm̄io per peccati diſtantiā plurimū elōgatis. Nā vt dicit pſ. Lōge a pctōribus ſalus

# erit delectabilis viſio

ideo ⁊ celeſte premiū paruipendūt. Ter
rena vero quib⁹ per amorē ſunt ꝓpinqui
magnipendūt ⁊ caripēdūt. In quoꝝ ꝑ/
ſona dicit̄ Iſa. xxxviij. Attenuati ſūt ocu
li mei ſcꝫ in excelſo. Sed aſpicientes ter
rena habēt oculos fortes ⁊ iudicāt talia
eoꝝ affectioni ꝓpinqua fore magna. Ecō
tra iuſtoꝝ oculis celeſtia eoꝝ affectioni
ꝓpinqua videnť maxima: dicētes cū pro
pheta. Ego cognoui ꝙ magnus eſt dn̄s
terrena vero cū ſint a iuſtis remota par
ua videnť: imo q̄ſi nulla Jere. iiij. Aſpe/
xi terrā ⁊ ecce vacua erit ⁊ nihil. Leuem⁹
igitur oculos nr̄os ad deū ſicut legimus
de ſancto martino ⁊ plurib⁹ alijs ꝙ ocu/
lis ac manibus in celū erat ſemꝑ intētus
vt mereamur xp̄m videre oculis corpo/
ralibus in aſſumpta humanitate: q̄m il/
la erit maxime viſio delectabilis Et hoc
de p̄mo. Secūdo dixi ꝙ erit delectabi/
lis viſio virginis ⁊ dei matris. Hec enī
poſt xp̄m maxime erit pulchra ⁊ excellēs
in dotibus corporis: ⁊ in gloria illius: et
ideo erit multū delectabile ipam virgi/
nē ⁊ dei matrē videre. Hec enī poſt chri/
ſtuꝫ ſpecialiter erit dilecta ab oībus ſan
ctis. Nam cognoſcet̄ ab oībus ꝙ ipſa eſt
mater dei: cognoſcet̄ ꝙ ipſa mediāte ſūt
redēpti: ꝙ ipſa fuit aduocata eoꝝ dum
erāt in mūdo: ⁊ multa alia beneficia cog
noſcēt que nūc ignorāt: que tn̄ ipſa ꝓcu/
rante fuerūt eis collata: ideo ſumme eaꝫ
diligēt ⁊ amabūt: ⁊ maximā reuerētiam
exhibebūt. Et nō ſolum hoīes: ſed etiaꝫ
angeli q̄ſi reginā celoꝝ: ⁊ dominā ange/
loꝝ honorabūt: ideo oēs ipam cū maxi/
mo gaudio videbūt. Cum q̄to gaudio
videres matrē dulciſſimā ſi eſſet regina
pacifica ⁊ maxima ꝓſperitate totius or/
bis Vere tale gaudiū nihil eſt ad gaudi
um illud q̄d habebūt ſancti de ſanctiſſi/
ma matre dei. Hanc autē gloriā et pul/
chritudinē virgo mater dei meruit ſuis
maximis virtutib⁹ ſcꝫ humilitate: caſti/
tate: ⁊ charitate. Hec aūt nō habuit ocu
los ſupbos: nā oculi ſublimes p̄tendūt
elationē animi: dicēte Grego. in morali
bus. Cordis ſupbia vſqꝫ ad membra fo
ras oſtendit̄ ⁊ per oculos citius iudicat̄.
Sciebat eniꝫ virgo benedicta ſcriptum
eſſe Iſa. v. Oculi ſublimiū deꝓmenť: di
cereqꝫ potuit illud pſ. Dn̄e non eſt exal
tatū cor meum: neqꝫ elati ſunt oculi mei:
neqꝫ ambulaui in magnis. Sciebat inſu
per ꝙ ſupbia excecat oculū rationis: vn
de in figura dicit̄ de aſſyrijs qui interpre
tant̄ ſublimes. iiij. Reg. vi. Percute gen
tem hanc cecitate. Vere patit̄ oculus ſu
mo ſupbie ⁊ excecat̄ vt videre nō poſſit.
Juxta illud ꝓphete. Obſcurent̄ oculi eo
rum ne videant: vnde inter oēs paſſiōes
miſerabilior eſt ipſa cecitas: nam ipa eſt
que decipit cecū in apprehēdendo: in iu/
dicando: ⁊ eligēdo. Jn apprehēdendo q2
cecus neſcit apprehēdere vtrum hoc ſit
album aut nigrū. Jn vidēdo: quia quan/
doqꝫ ſe iudicat ad orientē ire ⁊ vadit ad
occidentē. Etiā in eligēdo: quia loco au/
ri eligit cuprū. Jta cecus .i. pctōres mū
danas que ſunt nigre obſcure ⁊ viles re/
putat claras ⁊ nobiles. Et ecōuerſo etiā
peccator decipit̄ in iudicādo ſiue delibe/
rando: q2 ſepe fit vt deliberet ⁊ iudicet ire
finaliter ad paradiſum: ⁊ tamē vadit ad
infernū: decipit̄ etiā quia cōmuniter eli/
git denariū pro paradiſo Sopho. i. Am
bulabunt vt ceci quia dn̄o peccauerunt.
Tales igit̄ pericula peccati non perpen
dunt. Virgo autē humilis clariſſime vi
dens oīa ad ſalutē neceſſaria ad tantā ꝑ
fectionē puenit vt in curia celeſti ſit dele
ctabile eā videre ab oībus beatis Et hoc
de ſecundo. Tertio erit viſio delectabi
lis felicis ſocietatis. Quot erūt beati in
illa celeſti gloria ſolus deus ⁊ cui reuela
re voluit nouit. Certū eſt tn̄ ꝙ btōꝝ erit
maximus numerus. Sicut dicit̄ Apoc.
vij. Cogita igit̄ quantū gauderes ſi ha/
beres maximā multitudinē fratrū mul/
tū a te amatoꝝ ⁊ videres oēs eos in ma
xima ꝓtāte in maxima gloria ꝑpetua: et
in qua null⁹ poſſet eos moleſtare. Vere
tu plus diliges quēlibet ſcm̄ in paradiſi
gloria quā vnq̄ dilexeris aliquā ꝑſonā
in hoc ſeculo: ⁊ per cōſequēs plus gaude
bis videre illos i illa gloria q̄ gauderes

de quibuſcūq; amicis huius mundi exi/ſtentibus in quacūq; excellētia mūdana ſiue in papatu ſiue in gloria regali. Oīs igit̄ mortalis hoc gaudiū intelligere po/terit: quod tamē nō erit pncipale gaudiū Ab illa celeſti curia oīs inuidia erit elō/gata: que tñ in hoc mūdo multū regnat Nullus eni3 triſtabit̄ de bono alterius: ſed gaudebit vt dictū eſt. Nunc vero in/uidia filia elationis habet curſum ſuum Ex eo enim q aliquis vult alij preferri eius inuidet pſperitati: ideo inuidia di/citur a non videndo: quia non poteſt vi/dere bona alioꝝ. Hec enī eſt qua mediā te diabolus pcurauit caſum pmoꝝ parē tu3: qua mediāte cayn interfecit abel fra trem ſuū: qua mediāte ioſeph venditus eſt a ſuis fratribus: qua mediāte xp̄us a iudeis crucifixus eſt. Dicente ſcriptura. Matth. xxvij. De ipſo pylato: q ſciebat q per inuidiā tradidiſſent eu3. Inuidia immediate opponit̄ charitati que deus eſt. Non ſic de illis qui ſunt vel erunt: in gloria: ſed id vere de illis dicet̄ qđ ſcribit̄ pmi Macha. viij. Oēs obediunt vni: ꝛ non eſt inuidia: neq; zelus inter eos. Et hoc de tertio. Quarto dictum eſt q ibi erit delectabilis viſio celeſtiū claritatis. Nō enim ſolum delectabiliter xp̄m vide būt aut virginē glorioſam aut tantā ſoci etatē: ſed etiā videbunt oculis corporeis illud maximū ꝛ pulcherrimū pallacium celi empirei: ꝛ quecūq; voluerint videre in tota mūdi machina videbūt. Unde ſi cut pulchritudo domos facit ad ſolaciū et complacentiā atq; delectationē hoīm ſic vtiq; pulchritudo illius perpetue do/mus ꝛ habitationis faciet ad gaudiū et delectationē ſanctoꝝ. Si tantū delectāt pulchra caſtra pulcherrime domus ꝛ ha bitationis huius mūdi in eis habitātes vt vix velint ea dimittere: quid faciet il/la domus regia que ſine cōparatiōe pul/chrior erit oībus palacijs que vnq; fue/runt etiā ſi oīs illarū domorū pulchritu/do poſſet ſimul eſſe Hec eſt domus de q̄ dicit̄ in ps. Gloria ꝛ diuitie in domo ei⁹ Cogitemus igit̄ fratres q nō habemus hic ciuitatē manentē ſed futurā inquiri mus Hebreo. xiij. Ait enim propheta. Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi Et que ſint dicta reſpondet. In domum domini ibim⁹ Et ſi eſt leticia in ſpe quā to plus in re. Uere multi videntur de his nihil credere et per conſequens eſſe infi/deles cum tantam diligentiam videan/tur habere de iſtis domibus tranſitorijs ꝛ de illa celeſti nō curent. Hec ergo cele ſtis habitatio dabit̄ vt ppetuo in illa de/lectabiliter viuant his quibus dicetur. Uenite benedicti patres mei ꝛc. Et hoc de ſeptimo pncipali.

## Ctaua gloria cor

O poris erit grata multum audi tio. Dictum eſt prius q omnes ſenſus erunt cum ſuis actibus ꝛ hoc ra/tionabiliter: quia ſi ſit ibi vocalis collau datio: ſicut prius dictum eſt: etiā creden/dum eſt q ille voces audientur a beatis cum in ſuis corporibus nulla membra vel organa deſint. Uidemus enim expe rimentaliter q magna eſt delectatio et complacentia in cantu bene ordinato et proportionato. Sic credendum eſt q il la celeſtis congregatio delectabiliter au diendo tot et tam dulces voces ordinet Unde ibi erit gratiſſima auditio ex qua tuor. Et.

Primo ex vocū ſonoritate.
Secūdo ex multoꝝ quātitate.
Tertio ex dictoꝝ veritate.
Quarto ex cunctoꝝ bonitate.

Erit igit̄ mirabilis ꝛ gratiſſima melo dia in auditu ex vocū ſonoritate. Vox q̄ dē grauis rauca aſpera et diſſona valde eſt vituperabilis ꝛ nociua: ꝛ diſcordie in armonia generatiua ꝛ audit⁹ audientiū attediatiua: imo vox vni⁹ ſi ſit diſſoluta multoꝝ bene canentiū turbat vocē: vt ait Pe. de berchi puo: ſ3 vox dulcis ꝯſona et ordinata multas habet laudabiles ꝓprie tates. Eſt eñ vox dulc3 letificatiua ꝛ amo ris excitatiua: puritat3 cōplexionis oñſi/

ua: laudis ⁊ ꝑconij magnificatiua: hec ille. Quis dubitare debet ꝙ in illis glorioſis coꝛpoꝛibꝰ ꝑfectiſſime diſpoſitꝫ hec oia ſint. Uere credendū eſt ꝙ ibi erunt voces dulciſſime auditui maximā melodiam faciētes multū reſonātes letificantes cūctos exiſtētes in illa ſacra ſocietate. Uox eni formatꝛ ꝑncipaliter ex cānalibus gutturis ⁊ foliculis pulmonis que ſi ſunt lenes ⁊ tēperate dulcē ⁊ temperatam ⁊ equalē reddūt vocez. Ibi vero oia que faciūt ad vocem iocundā ⁊ ꝑfectam in vnū cōcurrēt. Unde hec vox erit de q̄ ꝓpheta in pſ̄. Uox dn̄i in virtute vox dn̄i in magnificētia. Et dicitꝛ vox dn̄i: qꝛ ois vox ſanctoꝝ erit ꝑncipaliter ad gloꝛiā et honoꝛē dn̄i ⁊ magnificētiā beatiſſime trinitatꝫ: ſicut magis dicetꝛ in tertio articulo. Si eni nunc voces hoim bene cantātiū: aut etiā oꝛganoꝝ: aut alioꝝ inſtrumētoꝛū ſint gratiſſime auditui noſtro quanto magis voces ille ſine cōparatione dulcioꝛes et melius reſonātes erūt auribus ſanctoꝝ gratioꝛes. Legimus eni ꝙ ſyrena eſt monſtrū marinū habens in vmbilico ⁊ ſurſum foꝛmā virginis: inferius figurā piſcis. Que ſyrena dicitꝛ a dulcedine cantus: qꝛ ſui cantus dulcedine nautas trahit ⁊ eos doꝛmire facit: quos cuz viderit cōſopitos ad nauē accedit ⁊ quē poterit capere ſecum ducit et ꝑferens ad locum ſuū ipm ſecū cōuenire cogit qui ſi noluerit vel non poterit ipſum perimit ⁊ eius carnez deuoꝛat. Hec Bartho. in libꝛo ꝓpꝛietatū. Tales ſunt cantus cōmuniter huius mūdi: ⁊ mulierū maxime in choꝛeis ⁊ alijs locis. Unde diabolus in hoc aſſimilatꝛ cuſtodi poꝛcoꝝ qui quādo vult poꝛcos ſuos cōgregare facit vnū clamare: ⁊ ſic oēs alij clamāt ⁊ veniūt. Sic diabolus quādo vult cōgregare exercitū ſuum facit vnā mulierē clamare in media villa: ⁊ tunc oēs ſtulti ⁊ ſtulte cōueniunt ⁊ ibi capiuntꝛ multis peccatis ⁊ tandem ad infernū deducuntꝛ. O chariſſimi nō eſt hic locus cantādi tales cātilenas: ſed magis flendi. Lu. vi. Beati q̄ nūc fletis qꝛ ridebitis Et ſequitꝛ. Ue vobis qui ridetis nunc: qꝛ lugebitis ⁊ flebitis. Sicut eni ſponſa que recipit alienū nō meretur cōſolari ſed flagellari. Sic aia nō meretꝛ cōſolationē illius celeſtis patrie q̄ recipit alienū Bernar. Delicata eſt diuina cōſolatio ⁊ nō datur admittētibꝰ alienaz. Abſtrahe igitur te a cantn fatuo vt poſſis audire illā eternā iubilatōez: de q̄ Canti. ij. Ait ſponſus .i. xp̄s ſponſe .i. eccleſie deſiderās noſtrā ſalutem. Sonet vox tua in auribꝰ meis Uox eni tua dulcis. Si chꝛiſtus ſit dulcis vox cuiuſlibet beati: nō immerito debet eſſe dulcis alteri beato. Et ſic patet quō erit gratiſſima auditio ex vocū ſuaui ſonoꝛitate. Secūdo erit gratiſſima ex multoꝝ quantitate Nō enim erit vna vox tantū reſonans et dulciter iubilās: ſed erūt tot voces quot ſancti: de qua multiplici voce: ait Iohā. Apoca. xiiij. Audiui vocē de celo tanꝙ̄ vocem aquarū multarū ⁊ tanꝙ̄ vocez tonitrui magni: ⁊ vocem quā audiui tanꝙ̄ cythareodoꝝ cytharizātiū in cytharꝫ ſuis ⁊ cantabāt quaſi canticū nouū. Dicit ergo Ioh. Audiui vocē experimentē mihi de gaudio celi tanꝙ̄ vocē multarū .i. multoꝝ populoꝝ ſiue ſctōꝛū qui ex multis populis electi ſunt qui dicuntꝛ aqua ꝓpter fluxum ſucceſſiue generationis. Dicit etiā tanꝙ̄ vocem tonitrui magni: qꝛ longe late auditꝛ. Et dicitꝛ vox tonitrui ꝓpter magnā expꝛeſſionē vehemētis deſiderij quo deſiderant laudare deum. Sicut enim tonitruū generatꝛ ex vapoꝛe incluſo: in nube quez cōtinere nō pōt. Sic ſancti in patria nō poſſunt cōtineri deſideriū ſuuz quin vocibus illud expꝛimāt Dicente ꝓpheta in pſ̄. Exultabunt ſancti in gloꝛia. Exultare eſt pꝛe gaudio q̄ſi extra ſe ſaltare. Sequitꝛ. Et vocē quā audiui ⁊c̄. Hic cōmendatꝛ illa melodia ab inſtrumēto muſico. Cythara lignum habet cui oēs coꝛde ſunt fixe Hoc lignū deſignat meritū dn̄ice paſſionis quā in ligno crucis ſuſtinuit cui oia merita ſanctorū affixa ſunt ⁊ cuius virtute oia efficaciam habent qꝛ ſine illo nullū ſonū reddūt Beati ergo in patria ſua xp̄o attribuūt:

ideo coꝛdas ſuas ligno extendūt: ⁊ dum
merita in ſingulis coꝛdis.i. ſanctis cōpu
tando vident coꝛreſpōdere pꝛemia: reſul
tat huiꝰ cythare.i. ſocietatis ſanctoꝝ ſua
uiſſimū vocis gaudiū. Et ſequit̃. Et can
tabant quaſi canticū nouū: qꝛ hoc canti/
cum tm̄ placebit per infinita ſecula quā
tum illa hoꝛa qua pꝛimo incipiet̃: ⁊ ideo
ſemꝑ reputabit̃ nouū. Hoc eſt canticuꝫ
de quo ait ꝓpheta in pſ̄. Cantate domi/
no canticū nouū. O ineſtimabilis melo
dia. O incōparabilis iubilatio: qͦs te me
rebit̃ audire. Nonne hi qui gaudēt plus
de ſua infidelitate: ꝙ̄ iuſti de fide q̇ ſimi/
les ſunt cigno qui ꝓpe moꝛtē ſuam dulci
ter cantat: ſimiles etiā delphinis ⁊ ſyre/
nis: qui tunc ſaltāt ⁊ gaudēt qn̄ tēpeſtas
in mari debet inſurgere. Sic multi gau/
dent in moꝛte peccati Certe tales nō me
rētur audire illā vocem dulciſſimā qꝛ ex
gaudio taliū ſequit̃ tēpeſtas dānationis
eterne: de q̇bus dicit̃ Job.xxi. Exultant
luſibus ⁊ tenēt timpanū ⁊ cytharā ⁊ gau
dent ad ſonitū oꝛgani. Ducūt in bonis
dies ſuos ⁊ in puncto ad inferna deſcen/
dūt: qui dixerūt deo recede a nobis ſcien
tiā viarū tuarū nolumus. Ceci qui non
vident lucē cōmuniter ſunt triſtes: vn̄ di
cit Thobias ca.v. Quale gaudiū mihi
erit qui in tenebꝛis ſedeo ⁊ lumē celi non
video. Sic ſine lumine gratie nullū po/
teſt eſſe gaudiū ſpirituale: ⁊ ideo qui per
peccatū lumine gratie ſunt ꝓuati nunq̄ꝫ
ꝑfecte gaudēt: qꝛ ſemꝑ poꝛtāt ſecuꝫ cau/
ſam triſticie ſcꝫ remoꝛſum cōſciētie ꝓ cri
minibꝫ que fecerunt: in pſ̄. Nō gaudebit
inimicus meus ſuꝑ me ſcꝫ inimicus gr̄e
nō gaudebit de ea: ſed timoꝛ dei delecta
bit coꝛ ⁊ dabit leticiā ⁊ gaudiū. Eccl̕e.i.
Talibus dabit̃ gaudiū illius eterne iu/
bilatiōis: ⁊ hoc de ſecūdo. Tertio dictū
eſt ꝙ in illa eterna gloꝛia erit grauiſſima
auditio ex dictoꝝ ꝟitate bonis enī bona
placēt Ad hoc ergo ꝙ cātus placeat deo
opoꝛtet ꝙ placeat ei cātoꝛ materia foꝛma
⁊ finis. Et in hoc duo vltima pūcta ſimꝉ
poſſūt declarari. Cantoꝛē q̇dē duo faciūt
placere iuxta xp̄m: ſcꝫ affectio mūda ⁊ in

tēio recta. Vn̄ ſicut vox mūda facit pla
cere cātū: ſic affectio mūda: iō nō eſt gra/
tus cātus repꝛoboꝝ Jſa.xxxviij. Ait eze
chias. Dn̄e ſaluū me fac ſcꝫ a pctis: ⁊ pſ̄
nō.cā.c.diebꝫ ⁊c̃. Secūdo requirit̃ ꝙ ſit
intentio recta: ſicut vox placet alta: inten
tio enī recta facit attingere ad altiſſimū
Jn pſ̄. Cantabo dn̄o qui bn̄fecit mihi: et
pſ̄.n.d.altiſ. Nō minimo ꝓpter cupidita/
tē: nō mundo ꝓpter vanā gloꝛiā: non car
ni ꝓpter laſciuiā: ſed dn̄o ꝓpter eius lau/
dem. Vn̄ dicit̃.ij. Paral̕.xx. Qꝛ ioſaphat
ſtatuit cātoꝛes dn̄i: vt laudarēt euꝫ. Ve/
re tales ſunt cātoꝛes illius ſuꝑni templi
quia mūdi a peccatis ⁊ oēm cantū ſuum
faciūt ꝓpter deum: ideo eoꝝ cantus ſum/
me placet ipſi deo: ⁊ cunctis ipis cantoꝛi
bus. Si enī cantoꝛ diſpliceret quantūq̄ꝫ
ꝙ bene ageret cātus eius nō placeret ipi
odienti. Jbi vero ſcꝫ in gloꝛia erit maxi/
mus amoꝛ vnius ad alterū: ⁊ ideo cātus
talium multū erit gratus oībus ibidem
exiſtentibꝫ. Videmus enī ꝙ matres que
multū diligūt natos ſuos ſi vident ſiue
audiunt eos bene cantātes in diuino ſer
uitio multū delectant̃. Cantabūt inſuꝑ
dn̄o vt dictū eſt figurati ꝓmi. Paral̕.xvi
Vbi dicit̃ ꝙ dauit conſtituit coꝛam arca
dn̄i ſacerdotes canere iugiter. Placet eti
am cantus quando materia eſt pulchꝛa.
Materia aūt cantus btōꝝ erit de benefi
cijs diuinis: in pſ̄. Cātabimus ⁊ pſalle/
mus virtutes tuas. Cātabūt igit̃ de vir
tute ⁊ potētia dei: quam oſtēdit in mūdi
creatione: de eius miſcdia quā oſtēdit in
nr̄a redēptione: de eius clemētia quā oſ̄
dit in beatoꝝ ſaluatione: ⁊ de multis ali
is que longū foꝛet enarrare. Dicēte ꝓphe
ta in ꝑſona cuiuſlibet beati. Miſericoꝛ/
diā ⁊ iudiciū cātabo tibi dn̄e. Placet ite/
rū cantus qn̄ fit letando humiliter: ſicut
cātus auiculaꝝ letioꝛ eſt et magis gratꝰ
quā cātus magnaꝝ auiū. Vtiq̄ꝫ cantus
beatoꝝ fiet cū magna humilitate ⁊ reue
rentia ad ipm deū ⁊ ad ſeinuicē: ideo erit
gratiſſimꝰ. Jdeo in ꝑſona cuiuſlibet ſcti
dicit ꝓpheta. Gaudebūt labia mea cū cā
tauero tibi: ⁊ aīa mea quā redemiſti Vn̄

talis cantus in omni humilitate factus
delectabit: ⁊ ſeipm̄ cantantē ⁊ cūctos au
dientes. O quāta leticia quantū gaudi/
um quāta exultatio erit in auditu tanto/
rū cantantiū. Quis poteſt hec cogitare
certe nullus mortaliū O quantū debent
optare huiuſmodi cantū ⁊ maximā me/
lodiā: hij qui delectanť in cantibꝫ inho/
neſtis ⁊ laſciuijs alijs que ducūt ad īfer
num. Sed notate ꝙ ſicut oportet ꝓus fa
cere vigiliā ꝙ̃ feſtum: ſic oportet nos pri
us flere cū flentibꝫ: vt poſt poſſimus gau
dere cū gaudētibus. Placet vltimo can/
tus qn̄ eſt ſicut iam diximus in gratiarū
actione. Sicut filij iſrael cātauerūt poſt
tranſitū maris rubri di. ad inuicē illud.
Exo. xv. Cantemꝰ dn̄o glorioſe. Sic vti
ꝙ̃ cantabūt deo gratiarū actiones referē
do ſancti: qꝛ euaſerūt pericula maris ru/
bri. i. huius mūdi peccatis pleni. Uiden
tes aduerſarios ſuos. i. demones ⁊ acqui
eſcentes ſubmerſos. i. damnatos ꝑpetuo
in illo maximo mari igne et ſulphure et
alijs multis penis pleno qd̄ eſt infernus
Cantabūt inſuꝑ pro adeptione glorie di
cente. Tho. ca. xiij. Per vicos eius alle/
luia cantabiť. Alleluia em̄ eſt cātus gau
dij ⁊ exultationis. Interpretať eniꝫ all'a
laudate dn̄m: ⁊ ideo iſtud diciť eſſe canti
cum beatoꝝ qui ſcꝫ deum laudādo letan
tur ⁊ eum bn̄dicendo ⁊ amando cōtinue
occupanť. Iſtud etiā canticū inter cetera
eccleſia ſepius replicat ad denotandū ꝙ
laus diuina debet oībus ſumme placere
⁊ ab oībus ſumme deſiderari: vn̄ Apo.
xix. diciť. Et quattuor ſeniores ⁊ q̄ttuor
animalia adorauerūt deum ſedentē ſuꝑ
thronū dicētes. Amē all'a. Unde in ca.
illo quater poniť hec vox all'a ꝓpter ſacra
mentū trinitatis ⁊ vnitatis. Talis igiť
cantus maximā faciet in auribus ſctoꝝ
delectationē ex dictoꝝ ꝟitate ⁊ cunctorū
bonitate: quā gratiſſimā auditionē aſſe
quenť hij qbꝫ diceť. Uenite bn̄. pa. m. ⁊c̄.

## n Ona gloria cor/

poris erit redolens odoratio
Pro quo notandū eſt ſm̄ Ri/
chardū ꝙ ꝑfectio glorie ꝓhibebit: ne ꝑfe/
ctio vnius potētie impediat alterius ope
rationē qd̄ non pōt facere natura in hoc
corruptibili ſtatu. Itē dicit ꝙ in corpori/
bus glorioſis erit odor in ſua vltima ꝑfe
ctione nullo modo per aliquā ſuꝑfluam
humiditatē depreſſus: ⁊ ideo ab eis mul
tiplicať odor ad olfactū ſine aliqua eua/
poratione. Hec ille. Et iuxta hoc poſſu/
mus dicere ꝙ ibi erit adoratio ex quat/
tuor maxime. Et.
Primo ex domini fragrātia.
Secūdo ex virginis p̄ſentia.
Tertio ex cetus exiſtentia.
Quarto ex ſui ſubſiſtētia.

Primo igiť erit ibi odoratio ſuauiſſi/
ma ⁊ delectiſſima ex xp̄i fragrātia. Cre/
dendū eſt em̄ ꝙ ſicut xp̄s excedit in glo/
ria corporis oēs ſanctos ⁊ ſanctas para
diſi: ita etiā excedit in his que cōſequun
tur huiuſmodi gloriā: quorū vnum erit
odor ille delectabiliſſimus qui multipli
cať in corpore xp̄i vſqꝫ ad olfactū cuiuſli
bet beati. Un̄ eccleſia cōſiderans huiuſ/
modi odorē excellentē ait ipſi xp̄o: illud
Cañ. i. Trahe me poſt te curremus in
odorē vnguentoꝝ tuoꝝ. Bonus odor cō
fortat ſpiritus corporales. Sic xp̄i odor
ſuauiſſimus magnā confert cōſolationē
⁊ delectationē oībus beatis. Sicut eniꝫ
videmus ꝙ in apotheca ſunt ſpecies re/
dolentes quarū vna plus redolet altera.
Sic credendū eſt ꝙ in illa ſūma apothe/
ca ſunt valde plures ſpecies. i. ſancti quo
rū vnus excellit alterū ī odore Un̄ xp̄s ꝗ
plus ceteris redolet figurari pōt per pan
theram: de qua diciť libro ꝓprietatū. vij.
Qꝛ ab ore eius exit odor aromaticus ſu
pra modū ſuauis: ⁊ ꝓpter eius ſuauitatē
oīa animātia ipſaꝫ ſequunť. Sic ipē xp̄s
eſt ꝓferens ex ſe odorem ſuauiſſimū: pro
pter qd̄ oēs ſancti ipm̄ ſequunť. De qui
bus diciť Apoca. xiiij. Sequunť agnum
quocūqꝫ ierit: hunc odorē ſi nō valemus
nūc ſentire: tn̄ poſſumus odorē ſue bone
vite quā debemus imitari ſentire ⁊ vide
re. Un̄ ipſe dicit Joh. viij. Ego ſum lux
mūdi. Qui ſequiť me nō ambulat in te/

nebris ſed habebit lumen vite dicit dñs.
Uita xpi ⁊ eius cõuerſatio fugat in no/
bis tenebras viciorum. Iſtud qḋ ſequitur eſt
apphẽſio cũ dilectiõe operãte eorum q̃ ſunt
neceſſaria ad ſalutẽ. Unde ſicut hõ ꝑ q̃n
q; ſenſus naturales cognoſcit oĩa: quia
oĩs noſtra cognitio incipit a ſenſu. Ita
per quinq; ſenſus ſpũales apprehẽdit q̃
ad ſalutẽ ptinent. Uidelicz per viſum ſa
pientie ⁊ diſcretions: ꝑ auditũ obediẽtie
⁊ ſubiectionis: per odoratũ redolẽtis cõ/
templatiõis: per guſtũ ſuauitatis deuo/
tionis per tactũ penetrabilis compaſſio
nis. Et ſicut nõ poteſt q̇s viuere ſi puetur
quinq; ſenſibus corporalib9: ⁊ mẽbrũ di/
citur mortuũ qḋ nõ ſentit. Sic anima ꝑ
gratiã nõ eſt viua niſi ſpiritualib9 ſenſib9
ſit dotata: imo ſi anima que ad ſalutẽ ꝑ
tinent ſentire nõ perpẽdatur: mortua iudi/
catur: ⁊ ideo ad ſpiritualiter ſentiendũ mo
net aplus. Phil'. ij. di. Hoc ſentite in vo/
bis qḋ ⁊ in xp̃o ieſu. Sentiamus igitur
mũdi pericula ſiue diſpẽdia. Hoc ſenti/
te cordis flagricia in vobis crucis ſuppli
cia in xp̃o celi ſolatia. Jeſu q̇ interpretatur
ſaluator Sed multũ de hoc nihil ſentiũt
Cauſa eſt: qr mẽbrũ nõ ſentit dolorẽ: ni/
ſi q̃diu manet in corpe. Oleũ mãdrago
re ſic hominẽ dormire facitq; nõ ſentit ſe
ctiones vel puncturas: ⁊ ſemẽ iuſquiami
ſi fiat de eo vnguentũ: ita ſtupefacit mẽ/
brũ cui apponitur q; q̃ſi totaliter ꝑdit ſen/
ſum. ſic liniti oleo roſario deliciarum reple
ti ſemine diuiciarũ: chriſti bonum odorẽ
non ſentiũt: imo quaſi inſenſibiles rema
nent. Sap. iiij. In cõſtantia cõcupiſcen/
tie tranſuertit ſenſuz. Nõ ſic chariſſimi:
ſed ſentiamus xp̃m donec inueniamus
ip̃m. Sicut canis dum ſentit predã non
ceſſat donec eã inuenerit Et hoc de p̃mo
⁊c. Dixi ſecũdo q; in gloria erit redolẽs
odoratio ex p̃ſentia matris dei. Hec em̃
beata virgo: ſicut poſt filiũ ſuuz ſpecialẽ
habet corporis gloriã: ita ſpecialẽ habet
odorem: ⁊ ita etiã beati ex ea ſpecialem
ſenſationẽ olfactus cõſequuntur ⁊ ſpecialẽ
delectationẽ. Uñ de ea cantat ſancta ma
ter eccl'ia. Sicut myrrha electa odorẽ de

dit ſuauitatis ſcã dei genitrix. Cum em̃
ſit iã in corpore glorioſa: vt pie credim9
dedit odorẽ ſuum in celo empirei in quo
cum xp̃o filio ſuo regnat ⁊ regnabit per/
petuo: dabitq; illũ odorẽ toti curie cele/
ſti poſt diẽ iudicij. Hec etiam in hoc mũ
do flagrat per fame redolentiã Quanta
huius ꝟginis ſit in toto orbe fama vide/
ri poteſt ꝑ deuotionẽ ſingularẽ quã om/
nes chriſtiani habent ad eã Unde de ea
poſſumus dicere: illud Jo. xij. Domus. i.
eccl'ia impleta eſt ex odore vnguenti. Et
ipſa loquitur diuina ſapia. Eccl'e. xxiiij. di.
Quaſi balſamũ nõ mixtũ odor me9. Nã
ſicut in balſamo totũ eſt medicinale: ſcz
folia flores ⁊ fructus. Sic in virgine fo/
lia ſancte locutionis flores honeſte cõuer
ſationis: ⁊ fructus bone operatiõis: oĩa
fuerũt bona ⁊ dño accepta. Et in illo ca.
ponuntur aromatica ⁊ odorifica ad expreſ
ſionẽ bone fame ipſius. Nam ⁊ beatã in
quit Lu. x. Me dicẽt oẽs generationes
id eſt beatitudinẽ meã p̃dicando dilata/
bũt. Nec mirũ: quia per ipſam oẽs bene
ficiũ acceperũt: pctõres reconciliationẽ:
iuſti benedictionẽ ⁊ angeli reparationẽ:
ꝑ ip̃am deus opatus eſt ſalutẽ in medio
terre: ⁊ ideo ad ip̃am aſpiciunt vt ad ma
trẽ dei q̇ eſt fructus oẽs reficiẽs ſuo odo
re saluifico. Uñ ip̃a poteſt nobis ꝓferre
illḋ Geñ. xxvij. Ecce odor filij mei: ſicut
odor agri pleni. Hec eſt igitur dña que ſin
gulari odore fame nũc fragrat ⁊ fragra/
bit odore reali apud oẽs ſanctos in glo/
ria celeſti. Et hoc de ſcḋo. Dictũ eſt ter/
tio q; in celo erit odor redolẽs ex cetus aſ
ſiſtentia: nam ⁊ cõſequẽter credendũ eſt
q; oẽs illius celeſtis apothece ſpecies. i.
ſcti ſingulari odore redolebũt ſcḋm plus
⁊ minus O quantus odor quanta redo
lentia tot ſpecierũ. Si enim oẽs ſpecies
omniũ apothecarum que nunq; fuerũt
aut erunt eſſent in vnũ: nõ tantũ facerẽt
odorem: nec ita ſuauem redolentiã ſicut
faciet illa maxima ſocietas ſanctorum. Ibi
odoratus erit in maxĩa delectatiõe: imo
⁊ ipſe totus homo corpore ⁊ aĩa glïoſus
iuxta illud Prouerb. xxvij. Uarijs odo

ribus delectatur cor. Unde poterūt ipi beati dicere illud .ij. Corinth. ij. Christi bonus odor sumus. Mons libani ratione multitudinis arborū aromaticarū dicitur totus odorificus. Eccl. xxxix. Quaſi libanus odorē ſuauitatis habēte. Tales fuerūt odoriferi p ſanctitatē ꝛ pfectionē vite. Nā talis odor pducit ad odorē paradiſi. Et nos q̄dā ſi velimus ad illū odorē paradiſi pvenire debemus bonā vitā habere Salmo piſcis eſt qui dulcē aquā ſentiēs adeo eā ſequitur vt nullis aduerſis detineatur: imo dum pvenit ad loca molēdinarū caudā in ore recipit ꝛ exeluſas p ſilit: ita ꝙ aliq̄n mortuus reperitur in palis Sic boni viri iā odorātes per fidē dulcedinē celeſtis patrie oīa mundana inſipida ꝛ amara ſpernūt ꝛ accipiūt caudā in ore. i. cōſiderantes finem ſuū molēdina: id eſt iſta volubilia ad modū molēdinis tranſiliūt. Juxta illud ps̄. Diuicie ſi affluant nolite cor apponere: imo aliq̄ amore illius ſuauiſſimi odoris moriuntur in palis. i. moriuntur pauperrimi oībus rebus mūdi renūciando: iuxta illud Mat. xix. Si vis pfectus eſſe vade et vende oīa q̄ habes ꝛ da pauperibꝫ ꝛ habebis theſaurum in celo. Et hoc de tertio. Quarto dictū eſt ꝙ in celo erit redolēs odoratio ex ſui ſubſiſtētia. Quilibet ſanctus de ſe ipſo gaudebit ꝛ odorē ſui corporis dulciter ſentiet. Videmus enī ꝙ aliqui nō habentes ex ſe fragrantiā in manu portant aliqđ pomū vel aliq̄d aliud. Beati enim habebūt pro pomo odorifero ſuū glorioſum corpus: q: erunt vna ſpecies illius maxime apothece. Unde q̄libet poterit dicere illud. Cañ. i. Dum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea. i. corpus meū dedit odorē ſuū de hoc corpore: dicitur Sap. viij. Cū eſſem magis bonus veni ad corpus coinq̄na tū. i. p bonitatē mentis veni ad gloriā corpis. In corpe aūt nunc vili oēs inuoluit merces p̄cioſas ſcꝫ aīaꝫ ad imaginē ſuam ꝛ virtutes in ſacro baptiſmi. Sicut mercatores panno vili ꝛ rudi īuoluūt mercācias p̄cioſas et ſi rūpatur nō eſt cura Sic de carne nr̄a ſi maceretur ſi verberetur nō debet eſſe cura ſic ꝙ aīa p̄cioſa cuſtodiatur. Math. xviij. Nolite timere eos qui occidūt corpus aīam autē nō poſſunt occidere. Dicitur aūt in libro de naturis rerū ꝙ monſtrū eſt magnuꝫ q̄n ſ q̄s habet magnū corpus et paruum caput. Sic moraliter horrēdū eſt de multis hominibꝫ qui nimis habēt corpus magnū id eſt carnalitatē: ꝛ tamen caput in quo vigent ſenſus habēt paruū id eſt rationē ꝛ mentē habēt modicā: quia panca ſciūt et modicū curant de ſua ſalute. Non ſic paulus corpus ſuū diligebat ſicut multi carnales: ſed dicebat illud. i. Chorinth. ix. Caſtigo corpus meū ꝛ in ſeruitutē redigo ſcꝫ ſpūs: q: ex tali ſeruitute orit ſalus ipſius corpis et anime que ſanctis viris dabitur in die iudicij cum eis dicet. Venite benedicti ꝛc̄.

## Decima gloria corporis

D Ecima gloria corporis erit ſuauis deguſtatio: vbi dicit Richar. ꝙ guſtus nō erit in aliquo actu deſeruiēte nutritiue: ſed tantūmodo inquātū eſt apphēſiuus ſaporis ꝛ hic pōt ſeparari ab alio ꝙ erit immutatio animalis ſine imutatiōe naturali ꝛ materiali. Unde quidā dicit ꝙ erit quedā humiditas in lingua beatorꝫ habens illum ſaporē qui maxime competit perfectioni ſenſus illius qui in lingua beati ſeruabitur incorruptibilis iperpetuum. Unde inquit doctor iſte. Videtur mihi dicendū ꝙ hec humiditas aut fiet a deo in lingua per creationē: aut cauſabitur in ea ex vi beatitudinis anie: ꝛ erit vera humiditas: ꝛ in qua erit verus ſapor. Hec ille. Erit ergo hec deguſtatio ſub modo quadruplici.

Primo erit quaſi cibus reficiens.
Secūdo ipſis ſanctis ſufficiens.
Tertio oris guſtum pficiens.
Quarto viuacicer afficiens.

Primo erit talis deguſtatio q̄ſi cibus reficiēs. Hoc ē dictu ꝙ talis ſapor erit in guſtu btōꝝ: ac ſi eſſet ſapor melioris cibi q̄ poſſet imaginari: ꝛ adhuc vt credo excellētior erit oī deguſtatione pro vita pre

ſenti imaginabili. Hec eſt guſtatio que denegabit̄ vocatis ad cenā magnā: ſed nolentibus venire. Luce.xiiij. vbi dicit̄. Homo quidā fecit cenā magnā et vocauit multos: ⁊ miſit ſeruū ſuū hora cene dicere inuitatis vt venirēt: quia iam parata ſunt oīa: ⁊ ceperunt ſe omnes ſimul excuſare. Et ſequit̄. Dico autē vobis ꝙ nemo virorū illoꝝ qui vocati ſunt: guſtabunt cenam meā. Per hanc cenā intelligitur gloria eterna: de qua Apocal.xix. dicitur. Beati qui ad cenam agni vocati ſunt ad iſtam cenam vocauit multos: qꝛ oēs vocauit chriſtus deus ⁊ homo nemi nem volens perire: ſed oēs ſaluos facere vt dicit̄. i. Thimo.ij. Et miſit ſeruū ſuū id eſt quēlibet predicatorē: ⁊ dicit̄ in ſingulari: quia oēs ad eundem finē predicant ſcȝ ad ſalutē animarū: dicere inuitatis: quia erant negligētes vt venirent: qꝛ parata ſunt oia vt nihil remaneret excuſationis. Sed ſequit̄ peſſimū verbum in quo oſtendit̄ damnatio multoꝝ. Naȝ ceperunt oēs ſe excuſare: in quo oſtendunt̄ valde fuiſſe reprehēſibiles: quia cuȝ liberaliter inuitant̄ nolūt venire: ꝓpter quod iratus paterfamilias ait. Dico autē vobis ⁊c̄. Dignū et congruū eſt vt ſi homo inuitatur ad aliquod bonū percipiendū ⁊ ex negligentia vel malicia reſpuit ꝙ ipſo priuet̄. Sed dubitat̄ de illo verbo omnes: quia ſi oēs ſe excuſent nullus videt̄ ſaluari. Reſpōdet interli. Ceperūt ſe excuſare oēs qui inquit venire nolūt cuiuſmodi ſunt eminētijs inhiantes. Villam inquit emi ⁊c̄. Excuſant ſe rerū opulentijs implicātes: ideo alter dicit. Juga boum emi ⁊c̄. Tertio excuſant ſe carnis cōplacentijs inuoluētes. Jdeo alter dixit: vxorem duxi ⁊c̄. Tales inuitati venire cōtemnūt: ideo ꝑcipit inuitari debiles pauperes cecos ⁊ claudos. Pauperes ſpiritu quoniā ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ: debiles ad faciendū mala ⁊ fortes ad faciendū bona: cecos in ſapiētia mundi: ſed videntes que ſalutis: claudos in quibus eneruatur carnis cōcupiſcentia ⁊ recte ambulant in via paradiſi. Tales non ſe excuſant. Et tertio quidā cogunt̄ infirmitate vel aduerſitate cū patientiā habent in his ꝓpter deū. Qui ergo voluerit guſtare illam ſempiternā cenā non ſe excuſet. Nemo dicat non poſſum peccata dimittere. Aliena ablata reſtituere: inimicum diligere: penitentiā agere: imo totis viribus laboremus: vt ad illā guſtandā veniamus. Et hoc de primo. Secūdo dixi ꝙ illa guſtatio erit ipſis ſufficiens: Alique ſunt deguſtationes que nō ſufficiūt vt paruus cibus multū eſurienti: vel paruus potus multū ſitienti non ſufficit cuiuſmodi ſunt hec terrena que nunꝙ̄ ſufficiunt: ſed illa deguſtatio erit ſufficiētiſſima: ſic ꝙ ſancti nil aliud vltra deguſtare deſiderabūt. Jdeo ait ꝓpheta. Guſtate et videte quoniā ſuauis eſt dn̄s. Jdeo dicitur cena magna: ⁊ vere magna: quia ipſe deus cibus erit omniū in gloria exiſtētium. Sed ad ſenſuȝ noſtrū ipſe vt dictū eſt saporē creabit in ore ⁊ lingua cuiuſlibet beati ⁊ ꝑpetuo conſeruabit ſic ꝙ erit cuiuſlibet ſapor multū ſufficiēs. Et hoc de ſcd̄o. Tertio talis deguſtatio erit oīs guſtum perficiēs. Potētia enim perficit̄ ſuo actu cōuenięti ⁊ delectabili. Sic vtiꝙ guſtus cuiuſlibet beati ex tali ſapore perficiet̄ vt ſit in operatione tali cōpletiſſima. Ad Hebre.v. Perfectoꝝ eſt ſolidus cibus id eſt beatoꝝ corpore ⁊ anima perfectoꝝ eſt ſolidus cibus id eſt ſapor ꝑfectus quaſi eſſet ſolidi ſiue perfecti cibi. Videmus enim ꝙ alius eſt ſapor: ⁊ alio modo ꝑficiens guſtū carnis ⁊ piſcis mellis ⁊ lactis et vt cōmuniter quāto cibus eſt ꝑfectius nutriens tanto eſt ſapor eius dulcior Jſte autē ſapor beatoꝝ poteſt nobis figurari per saporē mane: de quo dicitur Exodi.xvi. Or guſtus eius erat ꝙ̄ſi ſimile cum melle. Simila ait Nico. de lyra eſt farina delicatiſſima: et ita ſapor ipſius māne erat quaſi ſapor panis facti de ſimila cōmixtione mellis: dicit̄ tamen Sapiē.xvi. Paratū panem de celo pſtitiſti eis ſine labore: omne delectamētū in ſe habentē ⁊ omnis ſaporis ſuauitatem: ſed hoc ait Nico. de lyra. Jntelligenduȝ

## erit ſuauis deguſtatio

eſt ꝙ non erat ex natura mãne: ſed ex merito ſanctorũ hominũ qui eum comedebant quibus ſapiebat: ſicut deſiderabãt: malis autẽ hominibꝫ ex eoruz de merito deſipiebat: hec ille. Talis vere erit ille ſapor celeſtis qui ex meritis dabit̃ ipſis beatis ⁊ habebit in ſe omne delectamentũ ⁊ oĩs ſaporis ſuauitatẽ: ⁊ ita erit ſapor ſolidi ⁊ optimi cibi ⁊ potus. Et hoc de tertio. Quarto dictũ eſt ꝙ talis deguſtatio erit viuaciter afficiens. Nã ſicut ſenſus guſtus ⁊ oẽs aliqñ ſenſus corporis glorioſi erũt in optima diſpoſitione: ita actus illorũ erũt in efficaci ⁊ viuaci apprehẽſione. Unde poteſt figurari ꝑ fauuz mellis quẽ guſtauit Jonathas: de quo dicit̃ primi Reg. xiiij. Qꝛ ionathas extẽdit ſummitatẽ virgule quã habebat in manu et intinxit in fauo mellis ⁊ cõuertit manuz ſuam ad os ſuum ⁊ illuminati ſunt oculi eius. Sicut ergo ionathas per cõmeſtionem mellis fortificatus in viſu ⁊ forte ex ſumptione mellis ⁊ guſtatione: ita vticꝫ beati tam ex diſpoſitione corporis q̃ꝫ ex illo ſapore habebunt viuacem ⁊ excellentẽ multũ guſtationẽ: ⁊ ſic erit beatitudo celeſtis patrie ſtatus omniũ bonorum aggregatione ꝑfectus: vt ait Boñ. lib. iij. proſa. ij. Quem ſtatum dignetur nobis ſua gratia altiſſimus dei filius in illo extremo iudicio concedere: cui laus honor ⁊ gloria pro complemento huius operis ſit in ſempiternũ patricꝫ ⁊ ſpiritu ſancto quas tres ꝑſonas vnum deuz credimus in eternum. Amen.

Finit ſpeculũ finalis retributionis cõpoſitum per reuerendũ magiſtrũ Petrũ Reginaldeti ſacre theologie ꝓfeſſorem: ordiniſcꝫ fratrũ minorũ. Impreſſuz Baſilee per magiſtrũ Jacobum de pfortzen Anno noſtre ſalutis Milleſimo q̃drin/genteſimo nonageſimonono.

Finis

Bibl. Jag.

1499

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS



Bibl. Jag.

Bibl. Jag.